

SACRÆ ROTÆ
ROMANÆ
DECISIONUM
RECENTIORUM
A PAULO RUBE O J. C. ROMANO
Selectarum,
PARS DECIMAQUARTA,
Ab Anno M.DCLXIII. usque ad totum Annum M.DCLXVI.
*CVM ARGUMENTIS, SUMMARIIS, ET INDICIBUS
Necessariis.*



VENETIIS, MDCCXVI.

Apud Paulum Balleonium.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

modo solvi potest, & præcipue in oneribus inquit Rot. 9 d. decif. 518. d. n. 2. quæ tamen à consuetudo, quia contra legem est, rationabilis & præscripta ostendi debet, cap. ultimo de consuetudine.

Atque ita ad præscriptionem si quæ opponeretur deficerent omnia requitalia nempe bona fides, cum obstant supradicta, & in alia decisione, & deducta in summario continua possessio, cum disformes sint solutiones patientia Parochi semper reclamantis, & tempus à lege definitum, & præcipue deficit omnis titulus obstante nimisrum expressa lege, & constitutione synodali in his verbis, ut iuxta laudabilem patriz consuetudinem Decimæ manipulares solvantur, nec licet aliqui Jus, & consuetudinem memoratam infringere, &c. sub excommunicatiois poena prohibendo ne quis solutionem Decimarum commutare presumatur in pecuniariam pensionem, quo 10 casu hac à lege ita resistente requireretur immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo, d. cap. ultimo de consuetud. Et ibi gloss. ultim. cap. 1. de prescript. in 6. Monet. de dec. 11 cito cap. 5. sub n. 112. stante presertim à notabili diversitate inter præscriptionem consuetudinis contra jus positivum civile, & contra Jus Canonicum, nam seculares personæ à habent potestatem, ab imperatore condendi leges etiam contra legem Principis, l. 9. ff. de just. Et Iur. sed de 13 Jure Canonico non est permisum viris etiam Ecclesiasticis contra Canones statuere, cap. 9. de majorit. Et obed. Abb. ad d. cap. ultima de consuetud. sub n. 7.

Ex quo excluditur quæcumque consuetudo contra legem præcipue synodalem sub excommunicationis poena, 14 cujus à transgressio periculum salutis inducit, cap. ultima 15 de consuetudine, deficientibus præterea aliis requisitis presertim observantia majoris partis populi ibidem, d. gloss. 16 ultim. Rota coram Caval. decif. 125. num. 8. & scientia illius, qui potest Jus condere, argumento cap. ultim. de consuetud. gloss. ultim. can. 6. distinct. cum aliis apud R.P.D. Fagnanum ad cap. cum dilectus de consuetud. n. 28. Et ad cap. explicati de observantia Ieiuniorum num. 43. Et ad cap. verum de Cognac. spiritual. n. 12. Et seqq. quæ scientia spe- 17 cialiſt & individuam esse debet, ad Rot. in Romana cordia coram Caval. relat. a Fagnan. d. cap. verum num. 18. vers. nec satis est, Et sunt coram Caval. decif. 77. n. 3. Et dec. 85. n. 2. Et 3. Et dec. 91. n. 6. Et dec. 111. n. 1.

Et ita pro informant., &c.

R. P. D. T A J A.

Savoneñ. Pecuniaria.

Luna 28. Junii 1663.

A R G U M E N T U M.

Exactio mutui quando sit licita, & in mutuo, quando de speciali interesse conveniri possit.

S U M M A R Y U M.

- 1 Exactio mutui est licita, quando mutuans tempore mutationis probat habuisse occasionem lucrandi, & quia mutuaro pecuniariam, non patuisse negotiari.
- 2 In mutuo potest aliquando conveniri speciale interesse dummodo frans, & dolus absit.
- 3 Articulatio nova, & nova productio super articulis fieri potest, quando articulantur specialia, quæ non comprehenduntur sub prioribus articulis.
- 4 Pactio solet esse illicita, & concurrentibus circumstantiis licitum reddi potest.

D E C I S I O X C I L.

MUTUAVIT Joannes Thomas Messea quasdam pecunias Nicolao Carentio, qui dum vixit solvit interesse, & post ejus obitum Uxor illius, & Joannes Thomas Carentius uti Tutoris Jo: Dominici, & fratrum filiorum Nicolai nunc agentibus dd. fratribus condictione indebiti interesse, ut indebito solutum à patre, & matre, & à fratre mandatoque dubio, an exactio esset licita in casu, ante disputationem dubii exhibuit Messea arti-

culos ad probandum à tempore mutationis habuisse præ manibus occasionem Lucri faciendi, & quia pecuniam mutuavit, non potuisse negotiari ad celebrata requisita, Paul. de Castr. ad §. ultim. l. 3. ff. de eo quod certo loc. n. 3. vers. in gloss. sequenti, & Rota coram Mohed. decif. 3. de usuris, alias dec. 208. Et recentius decif. 64. num. 14. part. 8. Et decif. 307. num. 10. Et 11. par. 9. præsertim, quod à in mutuo 21 potest aliquando conveniri speciale interesse si absuit fraus, & dolus, Gratian. discept. 387. ab initio, Scacc. de commerc. & camb. ampliat. 8. quæst. 7. §. 1. Card. de Lug. de just. Et Iur. disputat. 25. num. 87. Et seqq. Leotard. de usur. quæst. 12. n. 8. Et seqq. & plus de consuetudine Januenium laboravit. Scacc. eorum Rota Auditor, & penes patronus d. ampliat. 8. n. 226. Et seqq. Item deduxit articulos de multis confessionibus debitorum, & de approbationibus inter seipso debitores super quibus proposito hodie dubio, an sit concedenda remissoria Domini concedendam reponderunt, uti pertinentem, & forsitan opportunam.

Nam licet testes sint jam examinati Jo: Thomam Mcfscam solitum negotiari; & varias esse in loco occasionses negotiandi, attamen dum hodie articulantur specialia, quæ non comprehendebantur de necessitate sub prioribus articulis à nova articulatio, & nova productio super illis fieri potest, arg. cap. veniens ad Apostolicam sedem 38. de scibibus, inquit Abbas ad cap. fraternitatis cod. num. 8. ad fin. Rota decif. 299. n. 5. part. 8. Et decif. 120. n. 10. Et decif. 252. n. 6. par. 9.

Non obstante, quod anticipatè conventum, & taxatum fuérat immo solutum interesse, pendente dilatione à Messea concessa Carentio ad restituendum mutuum ex quo fiat irrelevans articulatio.

Tum quia nihil liquido constituit, tum etiam quia partio sicuti solet esse à illicita ita concurrentibus circumstantiis potest esse licita, & justificata, Rot. decif. 331. n. 2. Et decif. 372. num. 8. post consil. Farinac. lib. 2. Gratian. d. di- scip. 387. ab initio, cum aliis apud Leotard. de usur. d. 972. num. 5. Et seqq. nec visum fuit DD. prius disputare super veritate opinionis ad Rota decif. 252. n. 3. vers. nec visum fuit par. 9. ante probationem facti.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Dotis.

Luna 18. Junii 1663.

A R G U M E N T U M.

Est adeo infixum onus patri dotandi filiam, ut quamvis ista patre reclamante contraxerit matrimonium, debet ei attenta personarum viri, & mulieris qualitate dos constitui, sive in pecunia sive in stabilibus, nec attenditur reclamatio patris cum libertas matrimonii nunquam sit coartanda.

S U M M A R I U M.

- 1 Pater adstringitur docem dare filie.
- 2 Onus dotandi filiam non potest à patre evitari sub pretextu, quod filia in juvenili etate cum extero ipso reclamante matrimonium contraxerit.
- 3 Ius Civile matrimonium contra parentum voluntatem explicum irritat.
- 4 Ius Canonicum ad matrimonii validitatem conjugis utriusque consensum requirit.
- 5 Consensus parentum in matrimonio contrahendo ad honestatem tantum exquiritur.
- 6 Libertas favore matrimonii fuit induita.
- 7 Filia à consecutione dotis non debet arceri, quando cum viro eiusdem qualitatis matrimonium contraxit.
- 8 Dos taxatur juxta vires, & familiæ consuetum, & vires, & mulieris dignitatem.
- 9 Filia, quare reclamante patre matrimonium contraxit non debet in consecutione dotis melioris esse conditionis altera voluntatem suam desiderio parentum regulante.

10 Con-

- 10 Constitutio Sixti V. Civium Romanorum doces ad scuta 5500. reduxit.
- 11 Index attenta personarum qualitate dotem in majori quantitate decernere potest sub clausula dummodo derogatio Constitutionis Sixti V. à Pontifice impetravit.
- 12 Dos decretum in Constitut. Sixti V. inter nobiles Quirites congrua reputatur.
- 13 Patri onus inheret dotandi filiam quoque divitiam limitata, ut n.14.
- 15 Dos in pecunia, vel in stabilibus potest constitui.
- 16 Causio pro conservatione dotis à viro prestanda interdicitur à jure.
- 17 Matrimonio contra patris voluntatem expleto, & filia dotem constituentis causio ex parte viri pro dotis conservatione requiritur.
- 18 Filia dote dissipata iterum dos est constituenda.

DECISIO XCIII.

DOMINA Anna Caffarella prævia dispensatione Apostolica super consanguinitate inter ipsam, ac D. Antonium Minutillum vertente matrimonium cum eo nulla sibi dote constituta, ac patre reluctantem contraxit, super cujus consecutione dotis, causa mihi commissa, dubitavi an D. Petrus Pater Annae pro præstatione Dotis, & in qua valeat quantitate compelli, & Domini pro nunc ad scuta 5000. ipsum arctari. fore censuerunt.

- 1 Siquidem Pater & adstringitur filiæ dotem attribuere, *juxta text. in l. qui liberos 19. ff. de rit. nuppiar. l. dotem 6. ff. de Collat. bonorum l. ultim. S. neque enim, C. de dei. promiss. Cardin. Mantic. de rati. lib. 12. tit. 16. n. 4 & 5. Rota eorum Coccin. decis. 143. n. 9. cuius onus D. Petrus evitare & non valet sub prætextu, quod filia in juvenili annorum 16. xte cum extero viro matrimonium ipso reclamante contraxerit nulla sibi dote sancita, Juris enim & Civilis dispositio matrimonium contra parentum vota expletum irritum reddens ac nullum de qua in l. Sponsus 7. ff. de sponsal. & in l. 2. ff. de rit. nuppiar. à Sacro Concil. Tridentino correcta fuit Ses. 24 cap. I. de reformas. matrimon. Tum ex dispositione quoque Juris Canonici conjugis utriusque assensum dumtaxat ad matrimonii validitatem exquistente, ut probat text. in cap. sufficiat 27. q. 28. in cap. cum apud 23. ubi Abb. num. 3. de sponsal. gloss. in cap. hoc 5 sandatum 32. quæst. 2. Parentum & consensum asserens dumtaxat ad honestatem exquiri, gloss. in l. Paulus respondit 11. ad finem ff. de stat. homin. Barz. decis. 29. num. 7. Rota 6 coram Caval. dec. 45. num. 4. Cujus virtute & libertatis inducere favore matrimonii, ac neglecto parentum assensu 7 D. Anna & à dotis consecutione arceri non debet dum cum nobili viro matrimonium legitime contraxit, *juxta gloss. in cap. hoc sanctum 32. quæst. 2. Rip. in l. 1. num. 57. & 58. ff. solut. matrim. Menoch. de presumpt. lib. 4. presumpt. 189. num. 61. 64. cum seqq. & n. 71. Covarr. de matrimon. par. 2. cap. 3. §. 8. num. 7. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 16. num. 6. cum seqq. Guttier. de matrimon. cap. 80. num. 13. vers. 1. conclusio. Sanchez cod. tract. lib. 4. disputas. 26. num. 17. Fontanell. de pæt. nuptial. clausula 5. gloss. 1. nu. 47. & 85. cum seq. Barz. dec. Bonon. 29. num. 7. & 8. Rota coram Merlin. decis. 487. n. 3. cum seqq.**

Hanc vero dotem DD. sine præjudicio Jurium patrum in seutis 5000. decrevere donec status patrimonii paterni firmetur *juxta* cuius vires, ac familiae confuetum, necnon viri dignitatem, atque mulieris debet dos ipsa taxari, l. quaro 61. & l. cum post divorcium 7. S. in domum versus gener. ff. de Iur. dot. l. cognovimus 10. S. sed ne videamus, C. de heretic. & Manich. Ruin. conf. 60. num. 1. lib. 3. Card. Mantic. de rati. lib. 12. tit. 21. num. 4 & 5. Affl. et. dec. 160. num. 1. Rota decis. 131. num. 11. part. 4. tom. 2. & decis. 88. num. 1. par. 5. recent. non tamen rigorose, sed aliquo cum moderamine de puella, & quæ spræto parentum voto intempestive nupñ melioris conditionis evadat altera voluntatem suam à parentum desiderio regulante, ut adverbit gloss. marginal. in cap. hoc sanctum 32. quæst. 2.

Neque urgere visa fuit san. me. Sixti V. constitutio re-
10 ducens & Romanarum Civium doces ad scuta 5500. siqui-
11 dem ea non impedit, quin Judex personarum qualitate inspecta in quantitate majori dotem decernat sub clausula dummodo derogatio Constitutionis à Summo Pontifice impetretur nemini denegare consuet. ut testatur Rot. de-

cis. 172. n. 19. par. 8. & decis. 175. num. 43. par. 9. recent. & in Romana Doris de Lancellottis 14. Junii 1658. S. ac inde coram R. P. D. Zarate, ubi quod dos à constitutione decreta inter nobiles Quirites congrua reputetur, & in Roma- 12 na dotis 28. Maji proximi præteriti, S. quoniam coram me, & alias in his terminis responsum fuit in Romana do- 13 tis 26. Junii 1637. coram Buccabella.

Aliqui tamen ex Dominis animadvertebant in taxatione congrua dotis valorem quoque bonorum Anna inspicie. fore licet enim Patri onus & inhereat præstandi 13 dotem filiæ quoque divitiæ limitari tamen solet in casu ad ducta conclusio, & quo filia 25. ætatis sua annum non exce- 14 dens Patris assensum, non adhibeat in nuptiis cum viro li- 15 cet digno contractis, ut tradit Covar. de matrimon. par. 2. cap. 3. §. 8. num. 8. Guttier. cod. tract. cap. 80. n. 13. vers. 2. con- 16 clusio. Fontanell. de pæt. nuptial. clausula 5. gloss. 1. num. 87. Sanchez de matrimon. lib. 4. disput. 26. n. 18.

Prævationem vero dotis prædictæ DD. demandarunt, 15 vel in stabilibus, vel & in pecunia *juxta text. dispositionem in l. five generales 62. ff. de Iur. dot. dummodo* tamen cau- 16 tio super ejusdem conservatione dotis in quantitate per- 17 solvebi. à viro præstetur licet enim & hæc cautio interdic- 18 tur à Jure, in l. 1. & 2. C. de fidejuss. Fab. in suo Cod. lib. 5. tit. 14 diffinit. 1. R. o. decis. 24. num. 17. par. 7. recent. dum tamen de matrimonio præter Patris voluntatem expleto 19 peragit, & quia facile & possit, sine aliqua culpa mulie- 20 ris dotis dissipatio contingere, cujus virtute Pater iterum 21 dotem tenetur impartiri, *Anch. quod locat. cautionem id- 22 circò DD. in hoc casu exoptarunt sequendo opinionem Fab. in suo C. lib. 5. tit. 14 diffinit. 4.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Dotis.

Lane 18. Junii 1663.

ARGUMENTUM.

Est adeò infimum patri onus dotandi filiam, ut etiam si ista patre invito matrimonium contraxerit possit à patre dotem consequi, & nisi solvatur dos, interim debent solvi interusuria perinde, ac si promissio dotis ab ipso patre processisset.

SUMMARIUM.

- 1 Paupertate concurrente una cum bono jure alimenta debentur.
- 2 Paupertas est homini connaturalis.
- 3 Paupertas probatur ex quo mulier compellit proprium patrem pro dotis præstacione.
- 4 Mulier excepta dote nihil presumitur possidere.
- 5 Iuris boni presumptio pro consequenda dote probatur ex onere infixo patri dotem præstans filia.
- 6 Eriam si filia invito patre nuptias contraxerit nulla sibi dote constituta, & n. 6.
- 7 Dos debet à patre filia præstari etiam nulla precedente promissione.
- 8 Alimenta censentur debita filia donec illi dos consti- 20 tuatur.
- 9 Alimenta decernuntur ad rationem fructuum rei sub lite vertentis.
- 10 Uxore nihil de proprio possidente, & dotem à patre consequi non valente vir censetur pro dote ministrum, & personam uxoris acceptasse.
- 11 Dotis interusuria *juxta dispositionem Statuti Urbis lib. 1. cap. 137.* taxantur ad ratione septem cum di- midio pro quolibet centenario.
- 12 Dos cum decernatur à jure fructus illius à die contra- Et i matrimoniis debet filia, vel viro exhiberi perinde, ac si ipsa dos promissa fuisset à patre.

Partis XIV. Recentiorum.

97

DECISO XCIV.

R. P. D. BEVILAQUA.

ALIMENTA à DD. hodie D. Annae fuere decreta, quia
1. t paupertas in ipsa una cum bono Iure concurrevit, &
copulative ad hunc effectum requisita, ut tradit Felin. in
cap. si quis testium 8. nu. 9. vers. secundus casus de testibus.
Covarr. pralt. quest. cap. 6. sub n. 6. Gratian. discept. for. c.
55. num. 49. Rot. cor. Cavall. dec. 467. & cor. Buratt. dec.
161. utrobiusq. i. & in Rota in Alimentorum 4. Apr. 1661.
S. siquidem coram R. P. D. meo Celsi, & notat. Adden. ad
dec. Gregor. 189. n. 7.

2. Paupertas t siquidem homini conaturalis iuxta textā
cap. si quis 47. distinct. visa fuit exinde in proposito casu pro-
3. bari, quod eadem Anna proprium t parentem pro dotis
4. præstitione compellit, qua excepta nihil aliud multe
præsumitur t possidere Angel. conf. 81. n. 2. post med. vers. 1.
quia Soccini Sen. conf. 126. n. 2. lib. 1. Thelaure. dec. 43. m. 5.
Franc. dec. 489. n. 28. in fine Rota in Romana Salvatori 23.
Junii 1656. §. hinc non urget coram me, & in his terminis
dec. 50. n. 4. par. 6. recent. Staibani. Jun. cent. 2. resolut. 151.
n. 4. cum seqq.

5. Boni vero Juris præsumptio ex onere patri infixo defu-
mitur præstandi filiis dotem L. qui liberos ff. de rit. nupt. li-
6. cet ipso invito t nuptias cum viro nobili nulla sibi dote
constituta contraxerit Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 26. n.
17. cum aliis recentis authoritatibus in decis. hac eadem
die coram me edita, ubi dos per modum provisionis, &
absque ullo partium præjudicio in scutis 5000. D. Annae
decernitur.

Hinc non urget doctrina Innocentii in cap. per vestras
n. 3. de donat. inter vir. & uxor. afferentis t virum teneri
7. alimenta uxori indotata exhibere, quem sequitur Cordub.
in l. si quis à liberis §. si quis ex his num. 21. & 22. cum
seqq. perinde ac si D. Antonius Annae Maritus hoc alimen-
torum onere arctetur, dum nulla præcedente dotis pro-
missione nuptias cum ea contraxit.

Dum enim debet t dos Filie à Patre præstari licet nulla
8. præcedente promissione, ac ipso reluctantate matrimonium
9. contraxerit alimenta t eidemmet proinde filie debita cen-
sentur, donec dos scut. 5000. pro nunc decreta per modum
provisionis ipsi præsteretur ex doctrina Angel. in l. quibus bo-
nis n. 2. ff. de Cess. honor. ubi quod in alimento t decernen-
10. dis ratio haberi debet fructuum rei sub lice vertentis, quod
tradit quoque Gratian. discep. for. cap. 55. n. 53. Rot. dec.
470. nu. 6. par. 2. recent. & dec. 152. n. 10. coram Eminentiss.
D. meo Cardinali Ottobono cum aliis per Adden. ad decis.
Buratt. 307. n. 11. Vir quippe indotata assumens Uxorem,
futura dotationi nullatenus censem renunciasse, quoties
dotem illa valeat exhibere, ut tradit Surd. de Aliment. ita.
7. q. 29. n. 16. cum seqq. Rota in Ferrarien. pecuniaria 27.
Novembris 1662. §. nec refert cor. R. P. D. meo Bevilaque,
11. quicquid dicendum foret in casu quo Uxor nil possidens
de proprio dotem à patre consequi requiret, tunc enim
censem vir pro dote Ministerium ac personam Uxoris
acceptasse, cui non valet proinde alimento denegare, in
quiibus terminis loquuntur Innoc. & Cordub. super ins re-
censu.

Hæc verò alimento loco fructuum dotalium debita DD.
censuerunt à die Contracti matrimonii exinde fore præ-
12. standa quod vir ab eo tempore ejusdem onera substituit
ad rationem tamen scut. septem t cum dimidio in singula
centenaria juxta dispositionem Stainii Urbis l. 1. cap. 137.
ad hoc Sac. Tribunal in his terminis admissam decis. 448.
n. 4. par. 2. recent. & in Romana dotis 3. Martii 1662. in
primo §. cum seqq. coram me.

Nec urget quod in patre mora ponderari valeat à die
dumtaxat, quo sacrum hoc Tribunal ad votis præstatio-
13. nem ipsum arctavit, cum enim hæc dos. t decernatur à
Jure fructus illius à die Contracti matrimonii filie seu vi-
vo debet proinde exhiberi perinde ac si dotis promissio à
patre processisset.

Et ita utraque &c.

Decis. Recent. Pars XIV.

Comeñ. Pecuniari.

Luna 20. Junii 1664.

ARGUMENTUM.

Rector Ecclesiæ debet reinvestiturae ejus pecunias
in locis tutis, & cum Ecclesiæ utilitate aliás te-
netur de proprio: Census impositus in bonis Co-
munitatis quas solemnitates requirat ad hoc, ut
valeat, & nota quod quando census est nullus
respectu Communitatis est nullus respectu par-
ticularium eo obligatorum.

S U M M A R I U M.

- 1. Census impositio est species alienationis.
- 2. Census impositus super bonis communis requirat ad hoc ut sit validus, & num. 3.
- 3. Census contra Communitatem est validus etiam non servatis solemnitatibus quando fuit obtenta licentia à principe limitata n. 5. & 6. declarata n. 7.
- 4. Census nullus quoad Communitatem, est nullus etiam quoad particulares obligatos.
- 5. Census non potest imponi super personis.
- 6. Census non potest imponi super bonis in genere. non specificatis continibus.
- 7. Alienatio rei Ecclesia non valet nisi clare constet de ejus utilitate & n. 15.
- 8. Utilitas, vel detrimentum ex quibus arguantur, & num. 13. 14.
- 9. Communis non potest dare in solitum pro fructibus census bona stabilitas sine solemnitatibus, & n. 17.
- 10. Creditor census cogi neque invitus pro suo creditore recipere bona stabilitas.

DECISO XCV.

SENTENTIA Rotalis condemnans heredes Philippi
Ruschæ ad restituendum Jo. Baptiste Gelpio moderno
Rectori Ecclesiæ S. Benedicti Comen. summa librarum
2400. provenientium ex retractu Viridarii. ad dictam Ec-
clesiam spectantis & per dictum Rusca tunc Rectorem
in uno Censo cum Communitate Turici investitarum, una
cum fructibus fuit sub die 16. Junii 1662. coram Eminent.
D. Cardinali Celso Judice appellationis omisso rigore Ju-
ris, confirmata respectu sortis, quam resolutionem hodie
cor. me in illius locum subrogato Domini approbarunt.

Nam substituit fundamentum in decis. Eminentissimi
Cardinalis Celsi, & antecedenti R. P. D. mei Bourlemont
deductum, quod Rusca Rector obligatus ad investiendū
dictas pecunias, mīdus recte se gessit in emptione Cen-
sus contra Communitatem prædictam impositorum
super certis suis bonis, t & non constat in huiusmodi im-
positione speciem Alienationis præferente ad tradita per
Bald. in cap. ad audientiam lib. 2. n. 2. de rescript. Rot. coram
Buratt. dec. 410. n. 3. fuisse à Iudice impositum decretum,
nec intervenisse consensum totius Universitatis, vel maio-
ris partis illius, illasque solemnitates per Leonem Impe-
ratorem præscriptas in l. final. C. de vend. reb. Civit. observa-
das in qualibet alienatione nedum Civitatis, sed Castrorū,
& Villæ que ab aliis inferioribus reguntur ut tradunt
Ruin. in cons. 41. n. 7. & cons. 67. n. 12. l. 5. Rel. à Vall. cons. 90.
n. 19. lib. 1. Capic. dec. 93. n. 4. Gratian. discep. 933. n. 14.

Non relevat responsio alias, & modo queque data, quod
solemnitatibus prædictis, etiam omissis adhuc substine-
tur impositio Census super bonis Communitatis ex t eo
quia obtenta fuit licentia à Senatu Mediolanen. cui sub-
est Universitas Turici continens explicitam facultatem
imponendi Censum, & bona ipsa liberè, vel cum pa-
to redimendi alienandi, t quia omisso quod requireba-
tur ex dispositione particularis statuti loci, t & consum-
pta remanebat ex aliis alienationibus antecedentibus.
creatio-
ni huius census, sequitur ad Text. in l. Boves §. hoc sermone
ff. de verb. significat. impetrata fuit, ut in hac parte satisfie-
ret dicta l. fin. dispositioni auctoritatem superioris requi-
renti.

G

decis. i. 74. num. 6. & seqq. par. 7. cum aliis ibi allegatis, & apud Barbos. de Iur. Ecclesiast. unien. cap. 16. num. 6. lib. 3.

8 t & Consilium permisit sustinendo decēti Canonicorum gradui videlicet eidem gradui, & Officio ad necessitatē sustinendo, & satis quantum regule perstringunt uniones, ut in regula unionum hodie r. 3. & proinde t cum constet de bono Jure, & possessione Capituli venit ei concedenda manutentio, &c.

R. P. D. LEONE VEROPIO.

Romana Fructuum dotis.

Mercurii 3. Iunii 1663.

A R G U M E N T U M .

Statutum Urbis lib. 1. cap. 137. taxat fructus dotis ad rationem septem eam dimidio pro quolibet centenario & anno, qui per patrem sunt solvendi statim, ac vir filiae onera matrimonii sustinere coepit, cum absque alia interpellatione, vel promissione, vel taxatione dotis moram incurrat.

S U M M A R I U M .

- 1 *Dosis interusuria ex Statuto Urbis lib. 1. cap. 137. ad rationem septem cum dimidio pro quolibet cemnario taxantur.*
- 2 *Usura dotales viro indulgentur propter onera matrimonii sustinenda, & moram debentis solvere dotem & num. 3.*
- 3 *Pater à die contracti matrimonii dotem filie constitue re tenetur.*
- 4 *Etiam si nulla precedente promissione cum viro digna nuptias sine patris consensu inserit, & num. 5.*
- 5 *Pater dicatur constitutus in mora statim, ac vir matrimonium cum filia contraxit, & nulla interpellatio requiriatur.*
- 6 *Fructus Dotis à die contracti matrimonii debentur.*
- 7 *Mens contrahentium rejecto verborum cortice inspici debet.*
- 8 *Mora contrahit pater promissione dotis.*
- 9 *Mora à patre committitur etiam sine promissione dotis, & statim à vir capite onera matrimonii substituere.*
- 10 *Decisio in Romana fructuum dotis 28. Junii 1621. coram Manzanedo in quibus terminis loquatur.*
- 11 *Dots quodando fuit decretā in quantitate pater compellitur alimenta tribuere ad normam Statuti, & n. 13.*
- 12 *Dots incertitudine inspecta pater moram contrahit à die taxationis à Iudice facta.*
- 13 *Onus alendi filiam pari inheret.*
- 14 *Dots declaratio facta retrotrahitur ad diem contra itus matrimonii.*

D E C I S I O CCCXVIII.

BINIS Rota decisionibus à die contracti matrimonii D. Anna alimenta decreverat, seu fructus dotales ad rationem scut. 7. cum dimidio in singula centenaria dotis eidem ab hoc met Sac. Tribunal attributa. Cum vero D. Petrus t pater Statuariam Urbis dispositionem in lib. 1. cap. 137. fructus deferentem in summa p̄fata contendet in dote missa dumtaxat procedere, nec proinde possib⁹ locum assumere in proposito casu, quo D. Anna null⁹ præcedente promissione dotis contra ipsius assensum nuptias cum extero viro contraxit. Idecō in relationibus Causarum, Domini demandarunt, ut pater sine partium præjudicio fructus D. Anna in scut. 5. pro singulis centenariis exhiberet, ad cuius decreti normam solutio successivē ex parte patris emanavit. Hodie vero super fructuum quantitate repropozito dubio in decisis Domini persistere fructus decernendo ad normam Statuti etiam respectu dotis in ultima decisione addūctæ.

2 Siquidem ex duplice ratione t usuræ dotales viro Indulgentur à Statuto propter onera, scilicet matrimonii, quibus ille subjacet, ac moram debentis solvere dotem. Cu-

ius Statuti dispositio alteri Juris inhæret idipsū sancientis in cap. salubriter, ubi Canonista communiter de usur. Alex. conf. 141. n. 5. lib. 5. & consil. 31. num. 5. & 6. lib. 6. Surd. consil. 290. n. 31. Rot. decis. 19. num. 3. par. 4. & coram Merlin. decis. 457. num. 1. Adeoque t cum utraque qualitas in proposito casu concurrat, debent proinde perneccesse Statuti vires admitti, ut notat Gratian. in consil. 9. num. 37 lib. 1. Surd. consil. 45. num. 14. Rot. decis. 179. num. 15. par. 9. recen.

Supportatio onerum matrimonii uti omnibus ferè innotescens nequit in dubium revocari. Patris vero mora exinde consurgit, quod t ipse à die contracti matrimonii dotem filie tenebatur assignare, ad text. in l. qui liberos 19. ff. de rit. nupt. & l. dotem dedit, ff. de collat. bonorum, licet t illa nulla præcedette promissione virum dignum sibi eligendo nuptias sine patris consensu imierit, ut tradit Co-var. de Matrim. par. 2. cap. 3. §. 8. num. 7. Sanch. codem tract. lib. 4. disput. 26. num. 17. Rot. cor. Cavaler. decis. 447. n. 5. & 6. ac aliis autoritatibus in decisione edita die 18. Iunii 1663, ad cuius t mora incursum interpellatio nulla exquiratur, cum Pater eam contraxerit statim, ac vir onera matrimonii subeundo, illum ab impensis erga filiam exemit t in quarum compensationem fructus ipse præstare compellitur ex doctrina glossa communiter recepta, in l. divisione 4. verb. possessio, vers. sed videtur, ff. solvit. matrim. Castren. conf. 11. num. 4. vers. quatenus autem lib. 1. Alex. conf. 147. num. 2. ctm seqq. lib. 5. Menoch. conf. 7. n. 19. Mantic. de facit. lib. 13. tit. 3. num. 17. vers. neque enim, Rota coram Buratt. decis. 287. num. 6. & in his terminis à Senatu Catalonia ita refert decisum. Fontanell. de palt. nupt. gloss. 2. claus. 6. par. 6. n. 6. vers. sic. nemini & n. 7.

Hinc nequit urgere mentio p̄fata dotis à Statuto perhabita. Dum enim t mens Statuentium, ac ratio, quæ reiecto verborum cortice, inspici debet Rota decis. 22. num. 15. part. 9. recen. oneribus matrimonii, necnon debitoris mora potissimum inhæret illa promissio dotis expressio ad maiorem cautelam ab iisdem censetur apposita, ut ostenderent scilicet matrimonia plerumque cum dotis promissione celebrari, t ex qua regulariter mora contrahitur, ut innuant verba ipsa Statuti, ibi. Et sic taxentur post moram non soluta dotis marito promissa. Quare t si cuti absque promissione mora à Patre committitur, statim ac vir capit onera matrimonii sustinere ex Juribus superioris recensitis, ita quoque debet Statuti viribus ipse ligari, ut in specie censuit Rota coram Merlin. dec. 457. num. 2.

Neque visa fuit obesse decisio t Romana fructuum dotis 28. Junii 1621. coram Manzanedo mulieti fructus deferens in scut. 5. pro singulis centenariis: Quoniam ex ipsis verbis decisionis innuitur, ibi: *Dotis promissio præcesserat in bonis stabilibus iuxta quarum proinde redditum fructus debuerant exhiberi.* In proposito vero casu dos t fuit in quantitate decreta adeoque ad Statuti normam pater compellitur alimenta tribuere, ut in punto respondit Rota coram Merlin. decis. 457. sub n. 16. & 17. & in proximis terminis coram Buratt. decis. 287. num. 1. cum seqq. ubi quod si dotis promissio t precedat in quantitate, & in eodem successivē Instrumento debitor facultatem illam præstandi in stabilibus sibi reservet, nihilominus debent fructus ad Statuti normam exhiberi. Spad. consil. 219. num. 12. cum seqg. tom. 2.

Dénique non obstat, quod perspecta t Incertitudine dotis pater moram contraxerit à die dumtaxat taxationis ab hoc Sac. Tribunal perhabit, itiuxa opinionem Castren. in consil. 11. num. 4. lib. 5. vers. ad summum à die interpellationis subsecuta. Cum enim tonus alendi filiam Patri inhærens vir à die contracti matrimonii expleverit, ex tunc absque alia interpellatione ipse in mora à Jure censetur constitutus, & in compensationem alimentorum præditorum à viro fructus proinde tenetur exhibere, nulla incertitudinis ratione perhabita, cum t declaratio postmodum edita in hac soleat materia retrotrahi, ut tradit Herculani in l. de divisione col. 7. ff. solvit. matrim. Natt. conf. 495. num. 2. Surd. d. consil. 290. num. 31. & ita in specie casus controversi refert fuisse decisum Fontanell. de palt. nupt. claus. 6. gloss. 2. n. 6. & 7. licet ipse in ea causa contrarium fuisse amplexus sententiam innixus auctoritati, Rapon. conf. 71. num. 6.

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

S U M M A R I U M.

- 1 *Immissio ex judicio Salviani illius extremis probatis est concedenda, & hec ex quibus probentur vide sup. num. 1.*
- 2 *Fundi assignatio specialem hypothecam importat.*
- 3 *Hares factum defuncti ratum habere tenetur, nec illud impugnare valeret.*
- 4 *In censu impositione secundum constitutionem Calisti, & Martini non requirebatur solemnitas pecunia numerata.*
- 5 *Pactum quod censu elapsu certo tempore fiat irredimibilis, valet.*
- 6 *Præscriptio non currit nisi à die qua debitor in solutione cessat.*
- 7 *Scientia non presumitur, & debet ab allegante probari.*
- 8 *Præscriptiones ror requirentur, quo sunt anni.*
- 9 *Præscriptio ex quibus interrupatur.*

D E C I S I O CCCLXV.

VENERABILIS Archiconfraternitatis SS. Corporis Christi in Ecclesia Sancti Laurentii in Damaso ad cuius favorem de anno 1556. pretio scutorum 200. impositus fuit per Gregorium de Pinis annuus censu scutor. 20. sub fidejussione Petri de Pannisenis pro consequence fructuum, petiit, & obtinuit coram A. C. contra Jaccherinos detentos immitti ex remedio Salviani in possessionem quarumdam domorum olim ad dictum Petrum fidejussionem spectantium. Interposita per Jaccherinos appellatione dubitavi an dictæ Archiconfraternitati sit danda immissio, & affirmativè responsum cum concurrent omnia extrema ad hunc effectum necessaria.

Etenim de credito cùm hypotheca constat ex Instrumento impositionis censu, cui Petrus uti principalis principaliter, & insolidum fidejussit; quod verò domus super quibus hodie petitur immissio, fuerint per Petrum posse, patet ex eo quod d. Petrus post quadriennium à die factæ fidejussionis super eis censem imposuit. Quod denum dictæ domus hodie per Jaccherinos detineantur ultra substantiationem litis, quæ sufficit Buratt. decis. 584. num. 5. probatur etiam ex Instrumento acquisitionis, si quidem Jaccherini has domus emerunt à Luca de Vecchiis, qui illas antecedenter emerat à Marta Cerotta olim uxore, & herede Bertini Maffei filii, & heredis Petri fidejussionis. Ac proinde concurrentibus omnibus requiritur etiam immissio non est deneganda. Buratt. decis. 822. n. 1. Rota in Petent. decis. 318. n. 2. part. 6.

Nec veritas dicti crediti potest in dubium revocari. Nam post obitum Petri, Maffeus filius, ac deinde eo mortuo, Marta Cerotta uxor, & heres non solum continuarunt in solutione fructum, verum etiam ipsa Marta in satisfactionem tam decursum, quam decurrentorum assignavit Archiconfraternitati pensiones unius ex con-

troverbis domibus, quæ assignatio specialem hypothecam importat Bart. in l. Codicil. §. institutioff. de leg. 1. cum aliis per Barbos. dist. 394. n. 1. & seqq. Cumque Jaccherini ha-

bitant causam ab eis & tenerunt eorum factum ratum habere, nec possunt impugnare l. cum à matre C. de rei vindic.

Non obstat nullitas censu deducta tum ex defectu pecunie numerata in actu impositionis, tum ex pacto, quod elapsu triennio censu esset irredimibilis.

Unica enim ponderatio, quod censu iste fuit creatus ante Bullam Pii V. solvit utrumque objectum, cum & in terminis constitutionis Calisti, & Martini non requirebatur solemnitas pecunie actualiter numerata. Buratt. cons. 14. n. 12. vers. 4. poterat. Hond. cons. 17. n. 20. & seqq. lib. 2. Altograd. cons. 12. n. 31. vers. assumendo, & n. 33. lib. 3. Navar. consil. 1. lib. 3. Paris. consil. 75. n. 32. lib. 4. Fontanell. de part. nupt. tom. 1. claus. 4. gloss. 18. part. 2. a. n. 9. Cenc. de Cens. quæst. 48. n. 28. & seqq. Rota post eundem decis. 81. n. 1. & 2. & decis. 92. à n. 1. ad 7. & inter divers. decis. 286. par. 4. & in recent. decis. 35. n. 2. & 3. par. 4. tom. 2. & in Romana Censu 23. Iunii 1640. cor. 5 bon. mem. Bichio impress. post Merlin. de pign. decis. 35. n. 3.

Nec & improbabatur pactum, quod elapsu certo tempore efficeretur irredimibilis, Molin. de contr. disput. 391. n. 10. Covar. var. lib. 3. cap. 10. n. 5. Less. de Ius. & Iur. lib. 7. q. 3. art. 2. Castraphal. oper. mor. part. 7. tom. 3. disput. 6. punt. 24. §. 1. num. 1. de Iust. commiss. Grat. discept. forens. cap. 985. n. 13.

& seq. Cenc. de Cens. q. 59. n. 18. vers. quod enim. Rota post eundem decis. 152. n. 1. & seq. & decis. 394. n. 2. vers. & illis, ac in recent. decis. 35. n. 20. part. 4. tom. 2. & decis. 8. n. 6. & seq. part. 9.

Præscriptio non intrat, vel enim deducitur ad effectum præscriptionis hypothecæ contra tertium possessorem, & illa non currit nisi à die qua debitor cessavit in solutione, & Creditor sciens aliationem bonorum hypothecatorum, cessavit in petitione, & quæ scientia non præsumitur, & venit ab allegante probanda. Grat. in addit. ad decis. 15. n. 5. Thomat. decis. 246. n. 12. fin. & seq. Buratt. decis. 452. n. 9. Merlin. decis. 487. n. 17. & seq. & decis. 81. n. 9. & 10. Reverendiss. Royas decis. 7. n. 5.

Vel pretenditur quod per lapsum annorum 30. fuerint præscripti fructus, ut in hoc ultra regulam, quod & tot 8 requirantur præscriptions, quo sunt anni Rota decis. 298. n. 8. part. 4. divers. Responsu fuit & illam fuisse inter- 9 ruptam ex pluribus ordinibus datis ab Archiconfraternitate pro consequenda satisfactione.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Legati.

Mercurii 1. Iulii 1665.

A R G U M E N T U M.

Pater sicuti cum filio æqualiter ab intestato alteri filio succedit, eique ususfructus queritur super portione filio delata, ab hujusmodi portione repellitur, quando testator extraneus patri, & filio legatum attribuit.

S U M M A R I U M.

1 Hypotheca pro legato à Iure impartitur, & ejus virtute legatario ex remedio Salviani contra heredem immissio decernitur & nam. 2.

3 Text. in l. cum opportet 6. C. de bonis, quæ liber. in bonis adventitiis filii patri deferit usumfructum.

4 Pater heres non posset ad usumfructum in portione filii legata aspirare.

5 Pater equaliter cum filio ab intestato succedit alteri filio, & ei ususfructus queritur super portione eidem filio delata.

6 Pater ab ususfructu in filii portione repellitur, quando testator extraneus patri & filio legatum attribuit.

7 Fundus legatus cum suo onere ad legatarium transiit.

8 Quaræ detractioni ut sit locus quid requiratur.

D E C I S I O CCCLXVI.

BONA mem. Cardinalis Caffarellus, Hospitali Santissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum, necnon Sacraario Basilicæ Divi Petri sibi scriptis heredibus, titulo Legati D. Annæ nepti attribuit super eisdem Domini hodie immissionem decrevere. & Quia hypotheca pro legato impartitur à Iure, & cujus virtute contra heredem debet legatario ex remedio Salviani immissio decerni, ut tradit Gabr. cons. 46. num. 20. cum seqq. lib. 1. et cons. 44. num. 3. et 4. lib. 2. Merlin. de pignor. lib. 3. quæst. 14. num. 51. Pacific. de Salviano inspect. 3. cap. 4. num. 462. Rota coram Duran. decis. 185. num. 1. et 2. cum seqq. num. 8. et in Romana Domuncularum 10. Februario 1648. §. carerum cor. bon. mem. Dunozetto.

Hanc verò immissionem retardare non valet & dispositio textus in l. cum aportet 6. C. de bon. qualibet. in bonis adventitiis, filii patri deferens usumfructum. Dum enim D. Cardinalis in eodem testamento particularia bona Patri D. Annæ legavit, non & valet ipse, cui hereditatem loca pia quoque cesserunt ad usumfructum in portione filiæ legata aspirare, ex authoritate gloss. in Athen. item hereditas verb. forsan ad med. C. de bon. quæ liber. ibique notat Salicet. n. 20. ubi attestans de opinione equiori, eam refert rationem, quod & sicuti pater æqualiter una cum filio ab intestato succedenti alteri præmortuo ususfructus, queritur super portione eidem filio delata juxta.

6 juxta dispositionem textus præfati, & in §. si verò ab *Af-*
cendentibus, Aut. de hered. ab intestato. Ita debet ille
quoque ab ususfructus consecutione in filii portione arce-
ri, quoties testator extraneus urrique, patri scilicet, & filio
legatum attribuit, cum is dispositioni Juris superius re-
censita præsumatur voluisse inhærente, *Castr. in aut. exci-*
pieur n.7.C.eodem iit. Bald. cons. 124.n.1. & 2.lib.5.Crot.con-
9.n.5 & 6.lib.1. Gabr. cons. 118.n.11.lib.2. Mandell. consil.
110.n.1. & 2.Surd. cons. 116.n.41.cum seqq. & de alio n.1. qu.
15.n.22.cum seqq. Grat. discept. 78.31. & 3. & dec. Marrb.
n.24 & 25. Boer. dec. 186.n.15. Rot. decif. 547.n.9.par.4.rec.
& in Romana manuventione 18. Febr. 1656. §. non obstat,
cor. R.P.D. Albergato.

7 Nec urget quod † Palatium censibus diversis subjaceat,
quorum onus D. Petrus ad filiam legatariam spectare con-
tendit sub prætextu, quod Palatium cum oneribus illi in-
hærentibus Cardinalis expressè legavit, ex traditis à Rot.
in dec. 527.n.10. penes Cenc. de cens. quidquid enim sit, an
censum onera teneantur hæredes seu potius legataria in
proposito casu subire, super quo dubio nihil hodie Do-
mini firmarunt, hic articulus uti altiore exquirens in-
daginem post immissionum legataria decretam, debet
examinari, quæ à creditoribus poterit pro fructibus sol-
vendis pulsari, quoties ex dispositione Juris tale ei onus
inhæreat.

Denique obesse non valet exceptio Falcidiæ, siquidem
non ostenditur exadverso, legata ordinata à D. Cardinale
Dorranem hoc est novem integræ hæreditatis Uncias ex-
cedere ut † exquiritur ad hoc, ut hujus dractionis quar-
ta locus existat ad textum in *I.I.ubiglos.notat. ff. ad leg. fal-*
cidiæ Angel. de legi. contrad. q. 12.n.17.art.13.

Et ita D. Anna dumtaxat informante &c.

R. P. D. E M E R I X.

Imolen. Pensionis.

Mercurii 1. Julii 1665.

A R G U M E N T U M.

Pensionarius quando contra Successorem, & in
petitorio agit quid probare teneatur Jurispato-
natus mentio quando requiratur.

S V M M A R I V M.

- 1 Articuli quando sunt relevantes remissoria in proph-
nis sine fumo conceditur.
- 2 Pensionarius quando agit contra Successorem, &
in petitorio probare concludenter teneatur valorem
pensionis expressum, & continuatam solutionem.
- 3 Jurispatonatus mentio requiritur in patronatu ex do-
natione.
- 4 Sicut in competente ex consuetudine, vel prescriptio-
ne, & num. 4.

D E C I S I O CCCLXVII.

SUPER fructibus Parochialis Ecclesiæ Archipresbyteri-
atus S. Pauli nuncupati Terra Massæ Lombardorum
fuit de anno 1644. auctoritate Apostolica reservata pensio
ducator. 50. auri de Camera Pellegrino Favoli de consensu
Andreas illius Patrui, & tunc ejusdem Ecclesiæ Rectori
sub expressione valoris per assensum ducator. 200. similiūm
& cum decreto, quod si dictus Andreas in ejus vita, &
quamdiu d. Eccleiam obtinuerit pensionem prædictam
verè & realiter, & cum effectu non persolverit præfens re-
servatio nulla sit eo ipso &c. quam cum Bernardinus Can-
tellius modernus Rector solvere recusaret fuit contra ipsum
in Tribunal A. C. relaxatum mandatum, de manu-
tenendo, à quo commissa mihi causa appellationis cum
clausula sine præjudicio mandati de manutenendo, non re-
tardata &c. Pensionarius exhibuit in actis articulos ad ef-
fectum probandi valorem, & continuatam solutionem,
super quibus cum hodie instaret pro remissoria, Domini
suspensta disputatione dubii principalis ad instantiam Re-
ctoris antea suscripti, censuerunt illam esse concedendam;

† quia versamus in prophanis, & articuli sunt relevantes; 1
ideoque de plano danda est remissoria, Rota in Ariminum.
pensionis 27. Iunii 1661. coram me.

Relevantia articulorum est patens, quia pertinet, ad
fundam intentionem pensionarii pro substantia pensione,
nemp̄ ad effectum probandi valorem expressum, & con-
tinuatam solutionem ad formam supradicti decreti, quo-
rum † utrumque pensionarius, quando prout hic agitur
contra Successorem, & in petitorio plenè & concludenter
probare tenetur Rot. in Grosseran. pensionis 3. Maii 1651.
coram Dunozetto & in Ariminum. pensionis coram me, 10.
Maii 1662.

Non obstat quod pensio reservata fuerit nulla facta men-
tione, quod Ecclesia esset de Iurepatronatus universitatis,
& Hominum terræ Massæ Lombardorum quod solum suf-
ficit ad annullandam pensionem, & per consequens exclu-
dit relevantiam articulorum; Quia responsum fuit quod
† mentio Jurispatonatus dumtaxat requiritur in Patrona-
tu ex dotarione, vel fundatione, † secus in competente ex
consuetudine, aut præscriptione, ut notat Gig. de pens. q.
24.n.5. et Put. dec. 307.nu.1. et seq. quæ qualitas in hoc casu
non exhibetur, & quatenus fuisset exhibita, non essent
denegandæ probationes Actori, donec illa fuisset plenè &
concludenter justificata.

Et ita utraque &c.

R. P. D. L E O N E V E R O S P I O.

Firmana Bonorum.

Mercurii 1. Julii 1665.

A R G U M E N T U M.

Possessio subsequens ex titulo præcedenti declara-
tur. Reintegratio ad damni passi mensuram con-
ceditur.

S U M M A R I U M.

- 1 Actus, seu possessio subsequens ex titulo præcedenti de-
claratur.
- 2 Dominus semper præsumitur, qui talis semel fuit.
- 3 Reintegratio conceditur ad damni, passi mensuram.
- 4 Debitum potest cum fructibus ipsum longè exceden-
bus compensari.

D E C I S I O CCCLXVIII.

BINÆ decisiones coram me emanaverant in hac causa,
in quarum prima 18. Februarii anni præteriti edita
pro parte dimidia subsecuta firmatur evictio in Prædiolis
à Bernardino titulo permutationis Franciso Orlando as-
signatis, & ibidem proinde decernitur regressus Horatio
ad dimidiā partem prædii Aquæ sanctæ à Francisco,
ejusdemmet Horatii Patruo Bernardino in compensatio-
nem tributi; In altera verò emanata die 20. Novembris
præteriti præcedentis fuit reformata decisio respectu præ-
dii vulgariter nuncupati Rocca di gabbia, cuius portio
dum Sebastiano Jannino fuerat evicta ab ipsum, non au-
tem ad Horatium regressus actio spectabat, donec ipse
premium illi saltem restitueret, At hodie ex facto clarius
recensito prioris decisionis fundamenta, Domini con-
firmarunt.

Siquidem in præfata Regione Rocca di Gabbia bina,
Bernardinus prædia possidebat subjecta fideicommissio per
Andreozium instituto alterum scilicet Salm. 8. circiter,
quod instante Cleopatra fideicommittentis uxore de anno
1593. in Janninum fuit Præconis voce licitatum; Alterum
verò Salm. 13. ex causa permutationis ab eodem met Bernar-
dinus de anno 1594. Franciso assignatum, ut ex testium
depositione in additionali Summario Horatii relata con-
vincitur.

Qua Prædiorum diversitate perspecta videntur omni-
nō convenire secundæ decisionis vires firmantes prædium
Salm. 13. præsertim à Jannino de tempore evictionis præ-
fata primum verò à Cæsare extitisse possedium, quoniam
Jannini possessio verificationem assumit in prædio Salm.
8. circi-

matur Ruin. cons. 31. num. 4. lib. 2. Hondoed. consil. 63. num. 85. lib. 1. Merlin Pignatell. controv. forens. cap. 3. num. 4. lib. 1. Rota decis. 195. numer. 3. & 9. pars. 2. recent. cum aliis in Bonon. Dotis, seu Tertia 31. Maii 1658. cor. me. S. Quinimo. Tum etiam quia Dorotheus, dictos Census libere recepit, sine ulla conditione, aut onere, illos in dotem Alidoræ implicandi; Unde ex iuribus ipsius allegari nequit retentio quia ad hunc effectum requirebatur, quod vel Alidoræ, vel Patri, cum hoc onere expreso ementes soluisserunt ut ex iuribus Dotalibus ipsius iuvari possent, Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 2. qu. 44. nu. 27. Rot. dec. 324. n. 20. cum seqq. p. 9. rec. & in art. discussione in Romana Salviani 6. Febr. 1669. cor. me. & in Esina fideic. 20. Novemb. proximi praeverti. S. nec immisso cor. R. P. D. meo Bevilacqua.

Et ita utraque &c.

R. P. D. T A J A.

Romana Hereditatis.

Veneris 12. Februarii 1666.

A R G U M E N T U M.

Actor judicium intentare volens contra reum diversæ diæcesis, quid agere debeat. Curandum est ne humiliores à potentioribus vexentur,

S U M M A R I U M.

- 1 Actor contra reum diverse Diæcesis, debet delegatum inspectare, vel in Diæcesi rei, vel in alia non propria.
- 2 Principe iusto dominante, nihil timeri potest.
- 3 Iniuria non possunt offici illi, qui ius publicum invocare, & adire aliquem potestare præditum possunt, qui vim eos pati prohibeat.
- 4 Homines utiliores ne à potentioribus consumelia afficiantur est curandum.

D E C I S I O CCCCXII.

D ANDAM Remissoriam Io: Baptistæ, hodie Domini responderunt postquam illi non dandam Immissionem responderant 23. Februar. anni superioris, & ea ipsa ratione præcipue deficientis probationis concludentis, &c. in decis.

Nequè repugnaverunt, vel satis informantes pro Monasterio, quo minus Remissoria daretur, sed repugnabant quo minus daretur ad locum, & ad Reatinos, & ad Patriam petentes, ubi etiam fautores, & Protectores potentes esse poterit ipsius causabuntur, pro ut Actor & contra Reum diversæ Diæcesis debet impetrare delegatum, vel in diæcesi Rei, vel in alia non propria, notatur in §. cum actor, cap. statutum 11. de rescript. in 6.

Sed DD. contrarium visum est ex facto, quod Reatina Civitas est sub Ecclesiastica dictione, & nunc Sub Sanctissimo D. Alex. VII. præcipue justissimo in Sacro enim & Dominatu eius timeri nihil potest, ut dicebant Imperatores, in leg. 1. C. de his qui per met. Iudic. non appell. & sub quo, aut nihil impune, & magis pro vicinitate Civitatis, 3 ubi cum possit quisque & Jus publicum invocare, & adire aliquem potestatem prædictum, qui utique vim eum pati prohiberet, l. ult. in princ. ff. quod met. caus. & maximè gubernante Reatinos prestantissimo Gubernatore R. P. D. meo Urbano Cerro filio fratribus R. P. D. mei Decani, id 4 potissimum curante & ne potentiores viri humiliores iniuriis afficiant, ad §. ne potentiores, l. 6. ff. de offic. Presid. & summatim ita Jus reddente, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat ad l. obseru. 19. in fine, ff. eodem.

Et ita utraque &c.

R. P. D. O T T A L O R A.

Romana Fructuum Dotis.

Veneris 12. Februarii 1666.

A R G U M E N T U M.

Filia statim, ac nuptias cum viro digno contraxit etiam sine consensu patris, debet dotari sine ultra interpellatione cum sciat se teneri ad solutionem Dotis à die Matrimonii contracti, & si dotem non solvat, alimenta filie præstare tenetur.

S U M M A R I U M.

- 1 Dotis debentur filie à patre, licet illa nulla precedente promissione nuptias cum viro digno, & eius assensu contraxerit.
- 2 Dotis fructus à die contracti Matrimonii debentur.
- 3 Mora, nec interpellatio requiritur, quando agitur de Patre, qui debet dotem solvere.
- 4 Pater scit se teneri ad dotis solutionem à die contractus Matrimonii.
- 5 Onerum matrimonialium sustentatio defervit pro mora & interpellatione.
- 6 Fructus dotis respectu patris, non debentur ratione mora, sed loco alimentorum.
- 7 Alimenta à patre filia debentur, donec dotem solvat.
- 8 Dotis interusuria debentur marito à die quo caput onera matrimonii sustinet.
- 9 Dotis interusuria ex Statuto Urbis taxantur ad rationem septem cum dimidio pro qualibet centenario, & debentur quamvis nulla dotis præcesserit promissio.
- 10 Mora scitū à patre incurritur statim, ac vir onera matrimonii sustinet caput, debet etiam Statuti dispositione ligari.
- 11 Fructus dotis ad rationem quinq; pro centenario, alias per Rotam taxata fuerunt.
- 12 Dos quando promissa est in Stabilibus, iuxta illorum redditum fructus debentur.
- 13 Dos quando fuit in quantitate assignata paer compellitur ad Statuti formam fructus solvere.
- 14 Dos taxata est à Statuto, & Constitutione Sixti V. in scutis 5500.
- 15 Dotis usore ultra illius quantitatem non debentur.
- 16 Dos in Sixti Constitutione contenta, non dicitur congrua inter familias nobiles.
- 17 Dotis declaratio, & liquidatio post derogationem Constitutionis Sixti V. secuta retrorahuntur à die contracti matrimonii, & nu. 18.
- 18 Maritus contra Socerum pro dote, non habet actionem.
- 19 Index in iis, que ad Pontificem spectant, nullam habet iurisdictionem nisi sibi ab ipso tribuatur.
- 20 Mora nulla in patre dotis debitore, non consideratur priusquam per Iudicem fuerit declarata.
- 21 Dos quando fuit per Iudicem taxata, nec taxatione mulier acquievit, & quia maior quantitas ab ipsa pretenditur, dotis interusuria non debentur.

D E C I S I O CCCCXIII.

D OMINI reformantes decisionem emanatam coram bon. mem. Verospio 3. Junii 1665. censuer. * Dominæ Annæ Cafarella alimenta, seu fructus Dotalis à die contracti Matrimonii, ad rationem sc. 7. cum medio pro centenario respectu tantum scut. 5500. que ex Constitutione 52. Sixti V. in dotem permittuntur.

Cum enim Pater teneatur filiam dotare, licet illa nulla precedente promissione nuptias cum viro digno sine eius assensu contraxerit, ut tradunt Covar. de Matrimon. par. 2. cap. 3. num. 7. Sanchez eodem tractat. libr. 4. disputac. 26. numer. 17. Rota coram Caval. decis. 447. numer. 5. & cum aliis adductis in decisione coram me edita bac eadem die. Ita ut statim contractio Matrimonio fructus incipiatur & deberi absque mora, & interpellatione, quia & ubi agitur

Dd 3 tur

- tur de Patre, non requiritur mora, nec interpellatio cum
4. t. Pater seiat se teneri ad Dotem, à die contracti Matrimoniil, & substentatio onerum t. Matrimonialium deserbit pro mora, & interpellatione cum respectu Patris, fru-
6. ctus verè non debeantur ratione moræ, sed loco alimento-
7. rum, quæ t. Pater filiæ præstare tenetur, quo usque dotem
solvat, Merlini de legit. lib. 2. titul. 1. quæst. 7. & 8. cum seqq.
8. ubi quod t. fructus debentur à die, quo Maritus incipit
substinere onera Matrimonii, Add. ad Buratt. decis. 159.
pp. 12. Rota. 1. de p. nupt. claus. 6. gloss. 2. part. 6. n. 11.
Aut. seqq. Ciriac. comrov. 30. per tot. Rot. in Avenionen.
Pecuniarid 10. Decembri 1646. coram bon. mem. Vero spio,
& optimè distinguendo inter Patrem obligatum, & ex-
tranum, Rota in Tusciana Salviani 25. Martii 1648. cor.
eodem, & neque interpellationes.
9. Fructus vero ad rationem 7. cum dimidio pro centena-
rio, iuxta Statutum Orbis præstari debent, etiam ac nulla
10. Dotis præcesserit promissio, quia sicuti absque ea t. mora à
Patre committitur statim ac vir cepit onera Matrimonii
substinere, debet etiam ille Statuti dispositione teneri, ut
dictum fuit coram Merlini. decis. 457. n. 2. & Iasius in dec.
quæ revidetur, & hinc vigere.
11. Nec obstat, quod Rota alias fructus taxaverit ad ratio-
nem quinque pro centenario, Buratt. decis. 112. numer. 1.
Rota decis. 112. num. 1. & 120. n. 3. post Giglian. ad Stm. Perus. & decis. 6. n. 1. par. 9. recent. & in Romana. Fructuum
Dotis 28. Iunii 1621. coram Manzando, quia hoc tunc
12. procedit t. quando Dotis promissio præcessit in stabilibus,
juxta quorum redditum fructus erant assignandi. Cum
13. vefo in præsenti t. Dos sit in quantitate assignata ad for-
mam Statuti. Pater compellitur fructus solvere, ut in
puncto respondit Rota coram Merlini. decis. 457. n. 16. &
17. Spad. cons. 219. num. 4. & 14 cum duobus seqq. lib. 2. Rota
coram Buratt. decis. 233. num. 7. & 282. n. 1. cum seqg.
14. Et pro summa tantum fecit, 350. taxata à Secuto, &
Constitutione 52. Sixti V. fructus debentur cum ultra eam
cesset substancia, seu assertio Dotis, ut in Romana Dotis
26. Maii 1662. coram bon. mem. Vero spio, quia si non adest
15. Dos t. nisi in tanta summa non possunt ultra eam deberi
utitur.
16. Parum officiunt duo, quæ ab informantibus pro Anna
obligantur alterum, quod Dos contenta in Sixtina, non
dicatur congrua inter Familias Nobiles, Rota coram Merlini.
decis. 333. in fin. & dictum fuit in prima decisione emanata
super Dotem, coram bon. mem. Vero spio 18. Iunii 1663. S. ne-
que urgere visum fuit, ubi alia Decisiones cumulantur, al-
terum quod S. D. N. Sixtinæ derogavit, atque t. ideo decla-
ratio, & liquidatio congrua Dotis post derogationem
Sixtinæ secundæ retrofahantur à die contracti Matrimoniil, & sic fructus debeantur ab initio, Rota decis. 280. n.
18. 8. par. 7. & quod liquidatio t. semper retrahatur, Rota
post Merlini. de Pign. decis. 124. num. 11. 12. & 21. cum seqg.
& in recent. decis. 409. n. 30. & seq. par. 9.
- Primum enim facile tollitur ex eo, quod cum in Con-
stitutione 52. Sixti V. sub titulo moderatione delle Doti S.
si ordinaria subtilata fuerit omnis premissio, omnisque actio,
& ius petendi ultra dictam summam, non potest Sacer di-
19. ei constitutus in mora, contra quem Maritus non habet
actionem pro Dotem, ut respondit Rota decis. 182. n. 2. &
3. par. 4. rom. 2. recent. Paponi. cons. 91. num. 7.
- Nec magis iuvat secundum, quia S. D. N. non deroga-
vit Bullæ Sixti V. quia ex tunc, sed prout ex nunc, &
verba derogationis id dentonstrant, quæ sonant in futu-
rum de Dotem, per Sacram Rotam taxan. & de illius Con-
stitutione postmodum facienda per Instrumentum, Sum-
mario Petri num. 1. nec substulit Bullam singendo eam à
principio non fuisse, sed præsupponens eius existentiam
illi derogat, ac proinde non est locus retrotractioni, ut
distinguit Zabarell. tom. 105. n. 21. ad med. Itaque solum
habilitavit Annam ad petend. & consequen. Dotem, per
20. Sacram Rotam arbitran. unde t. Papa derogatio, & remo-
tio obstatuli valet ex nunc, quo Jūdex declaravit cum
prius non haberet jurisdictionem, nec pars actionem, Rota
dec. 107. num. 6. & seqq. par. 8. rec.
21. Denique respectu maioris summi fructus non deberi,
Domini censuerunt, quia nulla mora potest in Patre Dotis
debitore considerari priusquam per Judicem fuerit de-
clarata, Bald. in L. acceplam 19. n. 6. & 20. vers. nam in L. liqui-
dian. C. de usur. Alex. cons. 49. vol. 2. R. ot. dec. 577. n. 1. p. 1. rec.
Parum relevat, quod Rota in secunda decisione Dotem

auxerit ad sc. 10000. & proinde cum Pater non acquie-
rit dicatur constitutus in mora. Cum tamen ab Anna ma-
ior quantitas prætenderetur, Pater habuit iustum causam
litigandi, & idèo excusatur ad istum effectum, nec possit
peti interesse, ut dictum fuit in Anconiana Doris 1. Int. 1643. cor. Reverendiss. D. meo Decano, impres. post Merlin.
de pign. dec. 700. n. 11.

Et ita utraque &c.

In hoc eodem Articulo emanavit altera Decisio sub 18. Iu-
nii 1663. cor. eodem bo. me. Vero spio, quæ hic allegatur
supra in Decisione, est in hac eadem par. dec. 93.

R. P. D. E M E R I X.

Maioriceñ. Canoniciatus Paenitentiarii.

Veneris 12. Februarii 1666.

A R G U M E N T U M.

Collectores duos à Papa suisse constitutos ex quibus
apparet. Indulcum unum ad aliud se referens,
ultra relatum non extenditur in Collatione ius
Episcopi delinquentis consolidatur cum jure
Capituli recte conferentis. Innoeps ex culpa
alterius iure suo non est privandus.

S V M M A R I V M.

1. Littera non iustificata executioni non sunt demandan-
da.
2. Collectores duos à Papa suisse constitutos, quando per
Ordinarios, & Capitula, Beneficia conferri man-
davit, apparet.
3. Vocum Archiepiscopi, & Episcopi in conferendis Ca-
nonicibus Paenitentiarii Maioricensibus pro uno
damtaxat computatur.
4. Indulcum unum ad aliud se referens, debet secundum
relatum intelligi.
5. Referens non magis operatur, quam relatum.
6. Ius Episcopi delinquentis in collatione consolidatur
cum iure Capituli recte conferentis.
7. Collatio obstante discordia inter simultaneos collectores
neutra sustinetur, etiam si diverso iure conferant.
8. Iure suo innocens ex culpa, vel defectu alterius non est
privandus.

D E C I S I O CCCCXIV.

Q UAMVIS per binas decisiones recessum fuisse à re-
solutione capta sub die 13. Decembri 1663. in qua
dictum fuerat Litteras Apostolicas Petri Honofri Thau-
ler, non esse exequendas, nihilominus hodie reproposita
Causa super iisdem, Domini redierunt ad primo loco de-
cisa, fundamentum precipuum resolutionis fuit, quod
devolutio narrata in suppositione, & litteris non sit suffi-
cienter probata Ideoque litteræ tamquam non iustificatae
non mereantur executionem, doc. 25. num. 4. part. 10. rec.
& alias passim.

Devolutionem autem aliqui ex DD. non sufficenter
probari ex eo desumebant, quod discussio Indulto Grego-
riano eoque combinato cum Constitutionibus Sixti, &
Leonis multum dubitabant, An subsisteret fundamen-
tum simultaneæ perpensum in præcedenti Decisione hu-
ius Causæ sub die 11. Martii 1663.

Quamvis enim illa verba per Ordinarios, & Capitula,
sæpius in Indulto Gregoriano repetita innuere videantur
Pontificé voluisse constituere duos collatores coæquales,
&c. iux. text. in cap. postulantis penultimo, de concess. pre-
ben. & notata ibi, per scripturam. & alios in præcedenti decis.
adductos, & que sanè verba tamen reflectebant, quod
etiam Constitutiones Sixti, & Leonis relatæ per Garz.
par. 5. cap. 4. post numer. 169. sæpius utuntur iisdem verbis
per Ordinarios Collatores, & Capitula præligrantur, &c.
& quod nihilominus in Constitutione Leonis expresse
dispo-

dec. 101. n. 4. par. 4. rec. tom. 2. & nuper dictum fuit in Roma-
na. Servitutis 29. Ianuarii proximi praeeriti. §. hanc etenim
coram R. D. meo Decano.

In prima autem instantia, quando D. Dux sententiam favorabilem reportavit omisis aliis ad præscriptionem se restringebat de qua tamen non constare Domini censuerunt. Quia cum versetur in servitute itineris pascendi, &c. t̄ que discontinua dicitur eo quia per se sine facto hominis semper exerceri non potest. Requiritur immemorabilis, & usus tanti temporis, cuius in contrarium memoria hominum non extet. Handed. conf. 79. n. 33. 65. lib. 1. & cœseri antiquiores apud Gratian. discept. 681. n. 36. & seqq. Giurb. observat. 60. n. 14. vers. discontinua vero servitus, plenè Modern. Andreol. controv. 178. n. 5. Rota d. decis. 101. n. 5. & in dicta Romana servitutis, §. Neque intercessit. Quia probatio hic non concurredit, quia ex 4. Testibus pro D. Duce examinatis primus deponit de transitu &c. per annos 35. Unde deficit in tempore, quia t̄ ad effectum de quo agitur testes debent concludere de annis 40. antē motam item juxta unum ex requisitis, gloss. in cap. unico verb. memoria de prescript. in 6. Alex. conf. 108. n. 9. & 12. lib. 1. Paris. conf. 104. n. 121. lib. 1. Rota coram Pen. decis. 641. num. 4. Terracinen. Iurisparronus 26. Maij 1659. §. Hujusmodi, & §. etiam coram R. P. D. meo Bevilacqua, & in Tirasonen. Iurisdictionis 14. Decembris 1663. §. Tum quia Testes coram Reverendis. Vicecomite Nuncio Hispaniarum.

Et quamvis idem Testis deponat da 35. anni, epius hæc tamen t̄ dictio ad probationem præfati temporis non suffragatur, quia verificari potest in mense, vel anno præcedenti, ut in simili de verbis da 8. anni in quā dixit Rota decis. 553. sub num. 2. vers. ultra quod part. 3. diuers. in Romana Domus 13. Ianuarii 1662. coram me, §. prout non cessat. Præcipue, quia fatetur se de affictu Tenutæ, non esse informatum, t̄ quod sufficit ut immemorabilem non probet, Rota dec. 352. n. 18. & seqq. coram san. me. Greg. & in Beneficiaria iurisdictionis 31. Ianuarii 1656. §. attamen in fin. coram Reverendis. D. meo Decano: Et respectu juris li- gnandi de auditu deponit unde deficit t̄ aliud requisitum consistens in depositione testis de visu, Rota coram Seraphin. decis. 1102. num. 10. dicta decis. num. 7. par. 4. recent. 102. 2. Hispan. decisimarum 16. Iunij 1659. §. Immemorabilis coram R. D. meo Decano, & 16. Aprilis 1660. coram R. P. D. meo Taja.

Tres autem alii nihil pariter probant, quia secundus non habet ætatem necessariam, dum subducto tempore litis non excedebat annos 54. ut requiritur. Tertius ultra annos 25. Tenutam se non habuisse fatetur, & sic de visu per 40. annos deponere nequit, quartus demum se ultra 30. annos non recordari deponit. Ex quorum defectu immemorabilem non justificari firmant supra relati, & magis in specie Bertrand. conf. 167. num. 4. lib. 3. Rota coram Martin. Andr. dec. 35. n. 5. & seqq. decis. 248. num. 3. & 4. par. 2. recent. Marlicen. Iurisdictionis 11. Decembris 1647. §. Quo vero coram bon. mem. Bichio, & 26. Maij 1651. §. Quia nec ista coram bon. mem. Card. Corrado, & in proposito servitutis sive cœsi. decis. 101. n. 7. & 8.

Licet vero non defint Doctores, qui volunt ad præscribendam servitutem etiam discontinuam decem annos inter præsentes, & 20. inter absentes sufficere, eorum tamen opinio tunc solum procedit, & admitti potest quando allegatur titulus sufficiens ad præscribendum, & quidem in principio litis, & cum declaratione à quo fuerit habitus. Et in super præsribentem in vim ejusdem tituli possedisse cum scientia, & patientia Domini fundi servientis, Gabr. conf. 145. num. 4. lib. 1. Gratian. d. discept. 681. n. 40. & 41. ubi concordantes referuntur, & apud Modern. Andreol. d. controv. 178. & plurib. seq. Rota d. decis. 101. num. 10. & in dicta Romana servitutis 29. Ianuarii proximi præteriti, §. parum obstante coram R. D. meo Decano.

Neque tñulus deduci potest ex assertis ordinibus Gregorii Romæ, & Paracciani directis afflictuaris stagni D. Dñcis in quibus perebatur solutio scutor. 20. per l' aggiumento fatto altre volte per poter lignare, p. scolar Cevalle, & far altre cose necessarie per detto stagno. Tum quia sunt enunciatiæ de recenti à tertiiis emissæ, quæ ubi principaliiter dubitatur de enunciato non probant Butr. in c. illud 11. n. 3. vers. nota quarto de presumpt. Rot. decis. 368. num. 4. part. 2. recent. & in Lucen. Iurisdictionis 28. Maij 1663. §. nec relevant coram R. D. meo Decano. Tum quia tanquam confessiones extra t̄ judiciales ministrorum Ecclesiæ præ-

judicium inferre nequeunt, Adden. ad Buratt. decis. 453. n. 10. Rot. decis. 290. num. 20. par. 4. recent.

Et ita altera tantum, &c.

R. P. D. O T T A L O R A.

Romana Dotis.

Veneris 12. Februarii 1666.

A R G U M E N T U M.

Filia nobilis, & digno viro licet in minori ætate, & sine patris assensu nubens debet à patre dotari, etiamsi sit dives, & habeat de proprio, & dos debet deduci ex particulari substantia patris, qui cogitur in dotem assignare filiæ partem sui patrimonii.

S U M M A R I U M.

- 1 Pater filia nobili viro, & digno licet in minori ætate, & sine patris consensu nubenti dotem constitueretur, & num. 21. Limita si nubat indigno, & num. 2.
- 2 Filia viro digno nubens dicitur negotium utile pro parte gessisse.
- 3 Pater tenetur invenire virum pro filia, eamque dotare.
- 4 Pater licet cœset onus inveniendi virum non eximetur ab obligatione dotandi filiam, ut hec onera matrimonii sustineat, & melius à viro trattetur.
- 5 Pater dotare filiam tenetur, ut si vir decebat possit illa dotem pararam ad nubendum cum alio habere, & si nubere noluerit, unde sibi possit alimenta prestare, habeat.
- 6 Dos debet arbitrio judicis constitui attenta qualitate personarum, & opibus dotare debentis.
- 7 Dos modica assignanda non est filie, que frares non habent.
- 8 Consuetudo familie viri in dote taxanda solet attendi.
- 9 Consuetudo familiae viri prevalere consuetudini nobilium familiarum urbis, quod declidit, ut num. 11.
- 10 Mulieri non licet marito bona fide commissaria in dote assignare, si alinde habeat.
- 11 Consuetudo patria mulieris non viri ad congruatem doris est arcenda.
- 12 Legatum nepti factum à patre contemplatione patris relictum cœserit, & ad sublevandum fratrem in constitutione doris.
- 13 Legatum factum à patre impucandum est rati in dote, quam in legitima.
- 14 Pater non tenetur dotare filiam divitem sine ejus consensu, & absque doris promissione in majori utate nubentem.
- 15 Contrarium tamen verius num. 20.
- 16 Amplia si agatur de leggaria jam nata, & nota testator, quia tunc ipsius contemplationi, & non patris datum presumitur, & n. 18. & 19.
- 17 Legatum simpliciter relictum nulla facta expressione doris contemplatione proprie persone factum cœseri debet.
- 18 Filia dos debetur à patre etiamsi sit dives, & habeat de proprio.
- 19 Dos est deducenda ex particulari substantia, que apud patrem invenitur.
- 20 Pater cogitur in dotem assignare filie aliquam partem sui patrimonii pro sua dote.
- 21 Filia vivente patre legitimam petere non potest.

D E C I S I O CCCXVII.

DI XERUNT Domini standum esse in decisis coram bon. mem. Verospio 1. Junii 1665. scilicet D. Annæ Casarellæ præstanda esse scut. 12. mil. pro dote non computato Palatio ei legato licet in 26. ætatis anno constituta nulla sibi dote promissa contra placitum Patris matrimonium cum D. Antonio contraxerit.

Cum

Cum enim Anna nupserit viro nobili, & digno licet in minori estate, & sine consensu patris. Pater tamen tenetur plene dotare Castill. de matrimon. tract. 10. disput. 4. dub. 19. sub num. 186. ubi dicit hanc esse differentiam inter nubentem digno, & indigno, Bonacini. oper. moral. in 4. Decalog. Pracepro disput. 6. quest. unica punct. 5. §. 2. precept. 1. n. 1. ante finem fol. 343. & de contract. disput. 3. quest. 9. punct. 2. propos. 10. num. 14. ante finem pag. 726. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 1. n. num. 6. ubi ait ita fuisse decisum à Senatu Ripoli. in l. titio centum, §. Tiro, ff. de condit. & demonstr. num. 102. & 103. Guttier. de Matrim. cap. 86. num. 13. vers. 1. conclusio est. & præst. quest. lib. 2. quest. 1. n. 4. ubi limitat t quantum nubere indigno, Boss. codem tract. cap. 11. num. 191. vers. 7. tamen communiter, & in tractatu de dote cap. 4. n. 119. & 129. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 16. num. 6. & 7. Cavall. comm. contra comm. quest. 3. & seq. qui dicit ita servari in practicâ & omnibus uno ore, ita tenero Barbos. in l. 1. par. 4. num. 33. in fin. & 34. part. 2. num. 28. ubi ait Senatum ita judicialiter cum aliis congettis in decis. qua revidetur in principio eiusus conclusionis rationes haec à DD. assignantur nam 3 quando t filia nubis viro digne dicitur gestasse negotium 4 while pro Patre, qui tenetur invenire virum pro filia eam que dotare, & ideo licet cessest onus inveniendi virum non exi mitur ab obligatione dotandi, ut filia nupta onera matris monii t substineat, & melius tractetur à viro, item si ecce intigerit, quod vir deeedat habeat dotem paratam ad nubendum cum alio, & si nubere noluerit, unde se possit aletere, ut considerant Faech. contr. Iur. lib. 2. cap. 45. vers. fundamenatum est, Bonaccini. oper. moral. tom. 2. de contract. disput. 3. quest. 1. 1. punct. 2. num. 14. vers. dixit aut nubat invito Patre, Boss. de dot. cap. 4. sub num. 119. Barbos. in l. 1. par. 4. num. 27. ff. solut. marit. Franc. Baron. de effect. minor. ac. circa contractus effect. 1. num. 627. vers. & si sunt plures rationes add. ad Rot. in recent. decis. 460. num. 62. part. 4. tom. 2.

Ad quantitatem verò assignan. in summa scutorum 12. mil. plurima concurrunt nempe nobilitas conjugum opulentia patrimonii Patris dotantis, & consuetudo in urbe an familiis nobilibus, & divitibus & particulariter Dominus Cafarella dotandi pueras in eadem, ac etiam longè majori dotis quantitate, à quibus judicis arbitrium regulari debet in dote constituenda tam ex dispositione juris communis de qua in l. quaro 61. leg. cum post divorcium 70. §. in domum vers. gener. ff. de jar. dot. in quod arbitrium DD. in presenti libenter inclinarunt, ubi patrimonium est pingue, filia unica, nec adsumt masculi t quo casu non est assignanda modica dos, sed pinguior, Rota in recent. decis. 195. num. 2. vers. & licet ista dos part. 2. & decis. 28. n. 21. & decis. 88. num. 3. par. 9. & coram Merlin. decis. 193. num. 3. Nec obstat, t quod in taxanda dote consuetudo familie viri soleat attendi; ea verò dotes infra scutor. 5000. confusat accipere, & qualitas & consuetudo familie viri prævalere debeat consuetudini t nobilium familiarum urbis, ut in specie firmat, Dec. cons. 26. num. 4. cum seq. Ruin. cons. 56. n. 10. & 17. lib. 3. Mafitit. lib. 12. tit. 21. num. 35.

Nam præterquam, quod hoc solum cohsiderari non debet, sed insimul eum omnibus aliis circumstantiis de quibus supra objectum non procedit, ubi agitur de dota unica filia tunc enim t indistincte si esset assignanda dos maior, & attenditur qualitas mulieris non autem conditio, & locus mariti, ut firmat Rota in recent. decis. 235. num. 31. par. 8. & licet ab ea recessum in decis. 199. post Merlin. de legit. d. conclusio præsupponitur, & ab ea receditur eo quia ibi mulier assignaverat marito in dotem omnia bona fideicommissaria, & habebat etiam aliund, quod non licuit, ut ibi legitur num. 7. vers. quin imo contrarium num. 8. per tot, & quod ad congruitatem dotis non sit at tendenda t consuetudo patriæ viri, sed mulieris fuit dict. in Bononiens. fideicommissi de Montereiiis 6. Martii 1665. coram Taja.

Minus officit, quod Anfia teneatur renunciare Legato palatii, sibi à Cardinale Patruo relicto, & assignatam dotem consequi valeat, vel quia Cardinalis illud legavit Anna tanquam filia Patri fratri Testatoris, & sic Legatum videtur reliquum contemplatione Patris, & ad suble- 15 vanduim fratrem in dotem per ea, quæ tradunt Surd. cons. 488. num. 17. unde imputandum est tam in dote, quam in legitimam, Castr. cons. 96. sub num. 2. lib. 2. quem referunt, & sequuntur, Alex. cons. 76. num. 3. vers. hoc etiam consulendo lib. 5. Cephal. cons. 105. num. 33. 34. & 35. vel etiam quia pa- ter non teneatur dotare filiam divitem sine ejus consensu,

& absque dotis promissione in majori etate nubentem, Covar. de marit. par. 2. cap. 3. §. 8. num. 8. Sanch. codem tract. lib. 4. disput. 26. num. 18. Guttier. de marit. cap. 86. num. 13. vers. 2. conclus. Fontanell. de palt. nupt. claus. 5. glo. 1. n. 87.

Primum enim non subsistit nam cum palatum fuerit Legatum simpliciter nulla facta expressione dotis t contemplatione propriæ personæ censeri debet relicum, Bald. in l. fin. num. 6. Cod. quib. ad liber. proclam. non lic. Mangil. de impur. quest. 21. num. 50. & 51. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quest. 9. num. 43. cum relatio per Capyc. latr. consult. 158. num. 31. Magon. decis. Florent. 13. num. 5. maximè in praesenti ubi t agitur de legataria jam nata, & cognita Patruo Testatori, quo casu ipsiusmet contemplationi, & non Patris præsumitur datum, Dec. cons. 81. num. 5. Menoch. de presumpt. 17. num. 3. lib. 3. Simon. de Præt. de interpret. ult. vol. dub. 12. nu. 7. fol. 436. Rota post Gillan. ad Stat. Perus. decis. 18. num. 8. & in fortioribus terminis de dote assignata à san. mem. Urbano VIII. Serenissimæ D. Lucretia Ducissa Murina ejus nepti mediante Patre licet Pater eam daret d. D. Lucretia elus filia Rota censuit contemplatione neptis t non autem Patris concessam fuisse in Romana legitima 3. Ianuarii 1660. coram R. P. D. Taja.

Secundum quoque non urget, quia contrariam sententiam tenuerunt DD. moti pluribus rationibus, & autoritatibus adductis in decis. qua revidetur §. præterquam, & amplexi fuerant, Merlin. de leg. lib. 3. tit. 10. quest. 22. num. 2. juncto num. 10. Bonacc. de contract. punct. 2. num. 4. sub vers. dixi aut nubat. Boss. de marit. cap. 11. num. 193. & in contractu de dote cap. 4. n. 12. 3. Fachin. contrav. Iur. lib. 3. cap. 45. vers. & sic argumentorum, ubi rationem hujus opinionis assignat, nam cum filia nubendo viro nobili, t & digne sit danda dos à patre quamvis minor, & nupse rit sine eius consensu cum gesserit negotium utile pro Patre, nec ulla lex reperiatur, quæ ob istam causam eam privet dote debita de jure constituti non est recedendum à dispositione Juris, & DD. qui firmant filia deberi dote à Patre etiamsi dives sit, & habeat de proprio, ut tenuerunt Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 15. num. 16. Menoch. lib. 4. presumpt. 189. num. 61. & seq. Sanch. de matrimon. lib. 4. disput. 26. num. 5. Cavall. comm. cons. 95. in princip. vers. 10. licet tamen dubitari, Boss. in tract. de matrimon. cap. 11. num. 175. & signanter num. 178. & 193. ubi latè responderit omnibus contrariis, & in tract. de dote cap. 4. num. 25. usque ad 35. ubi refert ceteros tam antiquos, quam recentiores, & cap. 6. num. 39. & cap. 7. num. 49. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 22. num. 8. & 10.

Verum quia circa modum solvendi dotem ab informantibus pro Petro allegabatur facultates suas in stabili bus, non verò in pecunia consistere, ideoque dotem deducendam ex illa particulari substantia, quæ apud ipsum reperiatur, juxta. t. in l. profectitia, vers. sed si proponas, ff. de l. r. d. Bald. novell. de doc. part. 6. privileg. 15. num. 1. ibi: quod t pater in vita sua cogitare assignare filii alii quam partem sui patrimonii pro sua dote, & privileg. 19. num. 1. Petr. Barbos. in 4. part. leg. 1. num. 3. vers. sed circa horum dicta, ff. solut. marit. Anna verò non recusabat, sed perebat tertiam partem bonorum, quam DD. non posse assignari censuerunt, quia si constitueretur dos ad rationem legitimæ, t quæ vivente Patre à filia peti non potest, Fontanell. de palt. nupt. claus. 5. glo. 8. part. 1. num. 6. & lat. sub num. 10. ante med. vers. nec sunt, est habenda aliqua ratio legitimæ, quam opinionem tenuit, Rota decis. 708. num. 3. vers. quod autem prout hic par. 1. recent.

Quapropter DD. decreverunt patrem teneri, vel solvere dotem in quantitate scut. 12. mil. vel pro nune tradere Annæ, quartam partem omnium bonorum, quæ habet cum oneribus quibus obnoxia reperiuntur.

Et ita utique &c.

Decisio, quæ hic in principio allegatur, & jam in hac eadem causa emanata sub die 18. Junii 1665. coram eodem bon. mem. Verospio est supra decis. 93.

Romana Legati.

Luna 21. Martii 1666.

A R G U M E N T U M.

Quando aliquid filiæ fuit relictum sive per legatum, sive per institutionem patri ususfructus non acquititur, & ad istam communiorum opinionem roborandam aliqui textus conciliantur. Pater potest esse legitimus administrator, & tamen non habere usumfructum in bonis filiæ legatis.

S U M M A R I U M.

- 1 Ususfructus patri debetur in bonis adventitiis filii.
- 2 Legati ususfructus filia relictæ patri non censemur prohibitus, & num. 3.
- 4 Testatoris dispositio iuxta dispositionem iuris intelligi debet.
- 5 Patri ab intestato succedenti una cum filio in bonis defuncti ius negat usumfructum in portione filii.
- 6 Legatum annum equiparatur ususfructui.
- 7 Testator quando reliquit legata distincta patri, & filia in eodem testamento non censemur prohibitus patri ususfructus in portione filia contrarium, num. 8.
- 8 Filia quando aliquid est relictum sive per legatum, sive per institutionem, patri ususfructus non acquiritur & nn. 10.
- 11 Auth. item hereditas, C. de bon. quæ liber. & l. cum oportet 61. codem tit. quibus in terminis procedant & num. 12.
- 13 Voluntas testatoris ex coniecturis elicere potest.
- 14 Patris exclusio ab usufructu procedit, quando filia haeres instituta fuit, & patri legata fuit certa annua præstatio.
- Contrarium tamen verius, & nn. 13.
- 16 Pater scilicet non potest consequi usumfructum in legato, quod testator ipsius filia solvi iussicerat ita nec ex illo legato in locum primi subrogato, & n. 17. & 18.
- 19 Legatum loco primi relictum censemur cum eadem qualitate relictum.
- 20 Testator considerans legatariam inhababilem administrandum legatum, censemur omnem administracionem voluntate remanere una cum usufructu apud patrem legataria.
- 21 Testator non prohibendo administrationem, & usumfructum Patri in legato filia relictæ censemur se conformare cum dispositione iuris communis.
- 22 Pater potest esse legitimus administrator, & tamen non habere usumfructum bonis filiæ legatis.

D E C I S I O CCCCXLV.

INFORMANTES pro D. Petro Caffarello, non aequiescentes resolutionibus emanatis coram bon. mem. Verospio i. Junii 1665. & 27. Ianuarii proximi præteriti coram me, quibus firmatum fuit D. Anna Caffarella dandam esse immisionem in Palatio ei Legato à Cardin. Caffarello sequentia opponebant, quibus non obstan. DD. steterunt in Decisis.

- Primum obiectum fuit, quod dum agitur de legato relitto Anne filie Petri minori 15. annorum, & sub potestate eius existenti, ex eo quod in eodem Testamento Patri, & filie felicità sunt legata non possit deduci valida coniectura ad excludendum Patrem ab usufructu & ei competenti, in bonis adventitiis filii ex l. cum oportet 6. C. de bon. quæ lib. cum vulgaris, & Tum quia ex legato filie relictæ non censemur eidem prohibitus ususfructus, Paris. conf. 29. per tot. lib. 1. & signanter num. 10. & sequenti, ubi
- 3 quando nulla lege & cavitur Patrem in diversa re legata privari usufructu Lud. Morott. conf. 18. per totum, Tum quia DD. in Decisionibus allegatis procedunt, vel quando Pater, & filia sunt insimul hæredes instituti in eodem Testamento, quo casu ratione consortii in proprietate non arguitur, Patri ususfructus in portione filie, cum & Testatoris dispositio intelligi debeat iuxta dispositionem

Iuris, quæ & Patri ab intestato succedenti una cum filio in bonis Defuncti, negat usumfructum in portione filii. Autem. item hereditas C. de bon. quæ liber. Quibus in terminis loquuntur Bald. Castrensi. Boetius. Surd. & Gratian. in Decisionibus allegatis. Vel quia filia instituta est hæres universalis, Patri vero relictum annum legatum, & quod equivaratur usufructui l. singulas 8. f. de anno leg. Tunc enim Pater quasi concurrevit cum filio in usufructu pro rata, & ideo videtur Testatorem legasse annum præstatu, ut residuum fructum hæreditatis sit filie hæredis instituta, in quibus terminis loquitur Abb. conf. 100. num. 1.2. & 6. allegat. in decisione bon. mem. Verospiz.

Cum vero Cardinalis instituerit duo loca pia, & in eadem Testamento reliquerit legata particularia, & distincta Patri, & filie Summ. nu. 4. non censemur Patri prohibitus ususfructus in Palatio relictæ Annæ, cum cessat ratio concursus ad idem Corpus, quæ militat in primo casu, quando Pater, & filius sunt hæredes, seu legatarii in eadem re, ut in Auth. Item hereditas in Corpore, unde sumitur cessatque altera ratio adducta in secundo casu, quando Patri relictæ est annua præstatio incompatibilis cum integrali usufructu, in bonis filie relictis, in qua fundatur Abb. dict. conf. 118. & sic videtur non denegandus Petro ususfructus in Palatio, ut distinguendo hos casus, & respondendo contrariis consiliis, Abb. & Surd. comprobant secundo Paris. d. conf. 129. Morot. conf. 16. num. 16. usque ad fin. & sub n. 30. post principium refert ita Iudicatum.

Sed responsum fuit, quod cum in separata provisione Testatoris residat coniectura voluntatis, & quæ Pater ab usufructu censemur exclusus Rota decif. 3.47. num. 8. vers. 3. coniectura par. 4. tom. 1. recent. Hinc est ut sive & per legatum, sive per Institutionem aliquid relinquatur, idem dicendum sit, ut sensit Surd. de alim. tit. 2. quæst. 15. n. 24. in fin. ibi, sed ego non video rationem diversitatis, propterea existimo, sive Patri & per legatum, sive per institutionem aliquid relinquatur, utroque casu denegari usumfructum, quia utroque casu eadem militat ratio.

Parum refert quod Morot. d. conf. 18. confutato Surd. predictam opinionem tenuerit, quia reprobatur expresse ab Andreolo contr. 22.4. num. 9. dicente quod & licet d. Auth. Item hereditas loquatur in hæreditate, & concursu ratio propter quam dicitur prohibitus Patri ususfructus non consistit in eo quod agatur de hæreditate, & concursu, sed ex eo quod fuerit aliquid relictum Patri, ex qua particuliæ inclusione sequitur exclusio ususfructus, nec inde provenit aliqua correctio iuris communis, & d. l. cum oportet. & illa enim non disponit, quod queratur ususfructus Patri contra voluntatem & Testatoris, quæ cum ex coniecturis elicere possit Castill. de usufruct. cap. 3. n. 55. quemadmodum quando lex concedit Patri hæreditatem una cum filio, ex illa concesione censemur Pater usufructu privatus idem dicendum est, quando Testator legatum reliquit, quia censemur se conformare cum dispositione & iuris communis. Quod vero exclusio Patris ab usufructu procedat, quando filia est instituta hæres, & Patri fuit legata certa annua præstatio, pariter non subsistit, quia & contrarium tenuit Rota decif. 52.7. num. 8. vers. tertio est coniectura par. 4. rec. ubi dicit procedere, sive legatum sit annum, sive certæ rei, vel quantitatis etiam modicæ.

Considerabant etiam DD. quod Cardin. Testator noluit usufructum Palatii Patri acquiri, cum enim in primo Testamento legaverit annua scut. 5000. his verbis 14. scio alla Signora Anna Caffarella mia Nipote scudi 5000. moneta da pagarseli dal mio infrascrutto herede, & voluerit legatum tradi ipsi filiæ familias, & sicut ex eo Pater non deberet consequi usufructum l. se ususfructus s. Item si quis, ff. quando dies legat. ced. ubi disponitur, quod & si Testator legavit filiofamil. & mandaverit ei solvi legatum, quod ex hoc videtur voluisse nihil acquiri, ac si nominatum expressisset pluribus adductis à Menoch. conf. 102.2. n. 21. & admittit Morot. d. conf. 18. n. 2. circa med. ubi dicit veriore, & communiorum esse opinionem, sed & nec in Palatio legato in secundo Testamento loco se. 5000. quia cum hoc secundum legatum fuerit subrogatum in locum primi, ibi allegato di 5000. scudi moneta lasciato da Sua Eminenza alla Signora Anna Caffarelli sua Nipote, dichiara che non habbia effetto veruno, & in luogo di detti sc. 5000. per ragione di legato lascia alla detta Signora Anna la Casa dove habita di presente Sua Eminenza, iudicari & debet relictum cum eadem qualitate, & sic exemptu ab onere usufructus compre-

competentis Patri in bonis adventitiis filii Rota dec. 150.
num. 54. part. 9. sots. 1. recent.

Minus urget quod cum Anna tempore testamenti esset innupta in iuvenili etate, & sub potestate Petri Patris, quod Testator legans cogitavit, dum dixit: *lascio alla Signora Anna figlia del Signor Pietro mio fratello*, & sic vidit t illam esse inhabilem ad administrandum Palatium, omnemque administrationem de iure remansuram penes Patrem, una cum usufructu Paris. dict. conf. 120. num. 14. Itaque t non prohibendo eidem administrationem, & usumfructum censetur se conformare cum dispositione iuris communis Paris. ubi supr. num. 15. & Patri usumfructum reservasse, non exprese prohibuisset, vel per verba aequivalentia si noluissest Morot. dict. conf. 18. num. 11. post Mand. vers. si quis volueret prohibere Par. loco assignato.

Nam ex his non inferitur quod Patri debeatur usufructus, qui ex mente Testatoris ei non desertur cum stent simul, t quod Pater sit legitimus administrator filiae, & tamen non habeat usumfructum in eius bonis leg. fin. §. fin. autem prima etate C. de bon. qua liber. Buratt. conf. 33. num. 25. & seqq. Milanen. decis. 3. num. 96. & seqq. lib. 2. Castill. de Usufr. cap. 3. num. 60. Salgad. de concurs. par. 1. cap. 25. n. 33. & seqq. coram Pen. 780. num. 3. & 4. & in recent. dec. 303. num. 16. par. 6.

Et ita utraque &c.

R. P. D. E M E R I X.

Posnonien. Preposituræ.

Luna 22. Martii 1666.

A R G U M E N T U M.

Possessio lite pendente capta uti vitio attentatorum laborans sustineri nequit. Beneficium alicui collatum mediane Canonica Capituli electione reputatur tanquam dignitas præsertim quando ius instituendi, & destituendi ad loci Ordinarium pertinet.

S U M M A R I U M.

- 1 Possessio ex quibus valide infiscesur.
- 2 Confessio propria libera, & positiva quavis alias probationes superat.
- 3 Possessio appellacione pendente capta est attenuata, nec est manutenibilis.
- 4 Beneficium quod confertur mediante Canonica Capituli electione habendum est tanquam dignitas.
- Maxime quando ius instituendi, & destituendi spectat ad loci ordinarium, & num. 5.
- 6 De Papa potestate hereticum est dubicare.

D E C I S I O C C C C X L V I

CUM Abbas, & Capitulum Canonicorum Regulam Lateranensem Ordinis Sancti Augustini Varsavien. pretenderent posse devenire ad electionem novi Prepositi Sancti Georgii dicti Ordinis Posnonien. eo quod Reverendissimus D. Stanislaus Hyacinthus promotus ad Episcopatum Spigaren. inter cetera olim cum iugamento noverat, quod nunquam absque electione Canonica sui Abbatis, & Capituli aliquod beneficium cum cura, vel sine cura acceptaret, & sic successu temporis contigerit ipsum aliquod acceptare illud ad nutum eiusdem Abbatis, & Capituli resignare paratus esset renunciando omnibus iuribus privilegiis, & consuetudinibus in contrarium facientibus, & sibi competen. vel quomodolibet competituris. E contrario autem D. Episcopus allegaret concessum sibi fuisse per decretum consistoriale, & motum proprium à fel. record. Innocentio Papa Decimo dictæ Preposituræ retentionem ad hoc, ut iuxta Pontificalis dignitatis exigentiam statum suum decentius sustinere valeat non obstan. quibusvis constitutionibus, & ordinibus Apostolicis dictæque Ecclesiæ etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis Statutis, & consuetudinibus contrariis cum decreto irritan. &c. & idcirco dicceret se ad Decis. Recent. Pars XIV.

prætensam resignationem faciendam minimè teneri introductum fuit desuper in diversis Tribunalibus iudiciū quo tandem ad Rotam delato antequam deveniatur ad discussionem negoti principalis dedi dubium An, & cui sit dandum mandatum de manutenendo, quod ad favorem Episcopi resolutum fuit etenim illius possessio t non solum elicitur ex retentione in decreto, & motu proprio, ante dictis eidem concessa, quæ possessionem præcedenter supponit non secus, ac privatæ habitum, sed ulterius evidenter probatur, tum ex instantiis factis ab eodem Abbat, & Canonicis contra Episcopum coram diversis Judicibus pro reintegrazione Rota coram Gregor. decis. 365. num. 1. & decis. 458. num. 3. & seqq. alias sapissime.

Tum maximè ex concordia inter eosdem, & Episcopum inita de anno 1661. in qua Abbas Prior, & Canonici renunciando quibuscumque litibus, & actionibus quietan. liberant, & dimittunt atque in usu, & pacifica possessione quæstionatæ Preposituræ conservare, & manutene-re promittunt dictum D. Episcopum, ex quo de dispo-sitione Apostolica sufficienter docuit Summario Episco-pi nn. 2. huiusmodi enim libera, & positiva Abbatis, & Canonicorum confessio quavis alias probationes superat & possessionem dict. Episcopi in controvertibilem facit l. cum te C. de transact. cap. per tuas de probationibus, & in his terminis late Posth. de manut. observat. 19. n. 11. & seqq.

Non obstat possessio capta ab Abbat, & Canonicis vi-gore sententia Archiepisc. Gnesnen. quia cum dict. sententia tanquam revocatoria alterius lata à Nuncio Apo-stolico esset de sui natura appellabilis, & in effectu ab ea in tempore appellatum fuerit dict. Summario num. 4 litter. A. & B. possessio illius vigore capta remanet nulla, & at-tentata, & per consequens non est manutenibilis. Improba C. de acquir. possess. Rota penes Posth. de manut. decis. 337. num. 7. & alias sapè.

Prout nec minus facit, quod d. præpositura uti benefi-cium regulare sit amovibilis, quia omisso, quod t dum il-la confertur mediante Canonica Capituli electione ha-benda est tamquam dignitas, nec est revocabilis, ut di-stinguendo inter beneficia claustralia, & conventionalia notat Lotter. de benef. qu. 33. num. 36. & seqq. lib. 1. maximè t quando prout in hoc casu non est ordini pleno iure sub-iecta sed ius instituendi, & destituendi spectat ad loci Ordinarium Tambur. de iure Abb. som. 3. qu. 8. disp. 9. num. 3. in fine.

Visa fuit DD. in præsenti cessare omnis difficultas, quia non versamur in simplici regulari obedientia, sed in regulari promoto ad Episcopatum cum retentione motu proprio Indulta à Summo Pontifice t de cuius potestate sicuti non est dubitandum ita de eiusdem voluntate con-stat ex motu proprio, & decreto præfatis, neque est in hoc Iudicio possessorio ex professo disputandum.

Et ita utraque &c.

R. P. D. B O U R L E M O N T.

Romana Donationis.

Luna 22. Martii 1666.

A R G U M E N T U M.

Locorum montium fructus pro filiorum alimentis donati semper sunt filii obligati, sive in dominio donatarii patris, sive donantis considerentur. Loca montium præsumuntur cum suis fructibus extare, & sub deposito remanere.

S U M M A R I U M.

- 1 Subrogatus assumit naturam illius, in cuius locum sub-rogatur.
- 2 Fructus locorum montium pro filiorum alimentis do-nati semper sunt filii obligati, sive considerentur in dominio patris donatarii, sive donantis.
- 3 Mandatum relaxari debet pro debito obligatione Ca-merali vallaro.
- 4 Creditor recipiens insolutum fructus, versus illorum efficitur dominus.

Olegij an. Reg. ad B. V. Absumptam in Sac.

JO. BAPTISTÆ

DE LUCA

VENUSINI,

S. R. E. Presbyteri Cardinalis;

THEATRUM VERITATIS, ET JUSTITIAE,

SIVE DECISIVI DISCURSUS PER MATERIAS, SEU TITULOS
distincti, & ad veritatem editi in forensibus controversiis Canonicis
& Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit,
vel consultus respondit.

LIBER SEXTUS,

De Dote, Lucris Dotalibus, & aliis Dotis
appenditiis.

CUM NONNULLIS RECENTISSIMIS SACRAE ROTÆ

Romana Decisionibus ad materiam spectantibus: nec non Annotationibus, ac
Discursibus, qui anteà in Supplementis exstabant, suis locis optimè adjectis.



VENETIIS, MDCCXXXIV.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.



JO: BAPTISTÆ CARD. DE LUCA

Liber Sextus,
DE DOTE, ET LUCRIS DOTALIBUS.

ROMANA DOTIS
PRO PETRO
CUM ANNA, ET ANTONIO.

Causa varia decisa per Rotam, postea concordatus.

An pater teneatur dotare filiam ipso inscio, vel invito nubentem; Et quatenus teneatur, an hæc obligatio sit subsidiaria, quoties filia non sit de suo provisa, vel potius eam dotare teneatur, quamvis diuitem, & provisam, & quales dicantur nuptie dignæ, vel indignæ, & qualis ætas attendi debeat ad effectum excusandi filiam postea indignæ, vel in quafilter nubentem.

S U M M A R I U M.

- 1 Acti series cum decisionibus causa.
- 2 Pater teneatur dotare filiam non indignæ nubentem;
- 3 Et ratione, ob quam dicta conclusio procedit, &c. n. 16.
- 4 Ex quo iure dicta conclusio proveniat, illiusque origo inquirenda est, & quare.
- 5 De validitate, vel invaliditate matrimonii ob defectum paterni consensu.
- 6 De exheredatione ex eadem causa, &c. n. 12.
- 7 Concilium Tridentinum terminavit questionem circa matrimonium.
- 8 Neque Concilium, neque canones disponentes demerito agunt de dote,
- 9 Matrimonium datur sine dote, sed & contra dos non datur sine matrimonio, licet non seleat.
- 10 An in dote, que constitutio pro matrimonio carnali, vel spirituali, cadas sumonia.
- 11 An pater teneatur dotare filiam ante annum 25. indignæ nubentem.
- 12 De materia exheredationis.
- 13 De differentia inter dotis obligationem, & exheredationem.
- 14 Quomodo procedat argumentum ab una ad alteram.
- 15 De jure civili defectus paterni consensus eximit ab obligatione dotandi, ac etiam invalidas matrimonium.
- 16 Qua sit ratio, cui innicatur conclusio, de qua num. 2.
- 17 Quando filia sine paterno consensu nubens excusat ac babecatur si cum illo nupisset.
- 18 Consensus iniuste denegatus suppletur à lege, vel à iudice.
- 19 Quando nuptia etiam non indignæ sine paterno consensu dicantur parum beneficia, & peccaminosa.
- 20 Conclusio de paterna obligatione dotandi filiam sine consensu nubentem intelligitur in subsidium.
- 21 Ac etiam isto casu debet esse minor, argue ex dicta causa moderari.

Card. de Luca, Lib. VI.

- 22 De jure nature, seu lege iusticie non tenetur pater dotare filiam diuitem, sicut non tenetur alio filium aliud provisum.
- 23 Reprobatur distinctione nuptiarum dignarum, & indignarum, quia diversa tercia species.
- 24 Quis dicatur indignus, referuntur plures opiniones.
- 25 Doctor populari dignè posset cum Comitissa.
- 26 Expeditur opinio volentium post etatem de consuetudine congruam etiam ante annos 25. licitum esse indignè nubere emissivè.

D I S C I P L I

Um Anna unica filia Petri formosa puella vix annorum 15. attingens, quam pater, tum ob qualificatam nobilitatem, tum etiam ob factis conspicuam dotem ex propria, & materna, ac avita successione in scutis fere 100. rotelle constituerat, altissimis alicujus Magnatis nupiis destinaverat, inscio, seu invito patre nupisset Antonio nobili Neapolitano, atque post triennalem moram in dicta viti patria, dotem periisset, hinc introducta causa in Roca coram Verospio, sub die 18. Junij 1663. prodit resolutio, per quam firmata patris obligatio docandi filiam non dignæ nubentem, quamvis eo inscio, vel invito id egenit, provisionaliter, ac sine praetudicio alterius taxæ facienda, statuit dotem scutorum 5500. iuxta taxam à Constitutione Sextina prescriptam, admittendo in decisione desuper edita limitationem ex parte patris deductam, ut hujusmodi obligatio sit isto casu subsidiaria, quatenus nempe filia provisa non sit de bonis propriis in dotem imputandis.

Reproposita vero causa sub die 2. Maij 1664. approbando dictam limitationem, ut paterna obligatio erga filiam ita nubentem sit subsidiaria, taxavit dotem in scutis 10. mil. in quos imputanda essent bona propria prellæ consistentia in quedam legato eidem pueræ facto per Cardinalem patruum, neutra vero partium dictæ resolutioni acquiescente, ac demum assumpta disputatione, sub die 1. Junij 1665. aucta fuit dos ad scutos 12. mill. per patrem integrè solvendos, nulla ratione habita de bonis propriis dotande, recordando à precedenter decisione circa conclusionem subsidii, atque in hac ultima resolutione perfictum fuit 12. Februario 1666. coram Ottalor. in locum Verospii interim defuncti subrogato.

Atque sub dicta die 18. Jun. 1663. & 3. Jun. 1665. coram eodem Verospio, per separatas tamen decisiones, ad favorem dictorum conjugum contra patrem decreti fuerunt frustis, seu usuræ dotalibus iuxta taxam statutariam septem cum dimidio pro centenario, ab ipsa die contracti matrimonii, quorum decisionum secunda reformata fuit d. die 12. Februario 1666. coram Ottalora subrogato, sed pariter cum separata decisione, ut fructus predicti usquequo obtenta esset Apostolica derogatio Sextina non deberentur nisi protata ab eadem constitutione prescripta sc. 5500. ultra quam

A pro-

prohibitum est dotem constitui, editisque coram eisdem aliis decisionibus super puncto ususfructus patri competenter in dictis bonis à patre legatis, denum controversiae finem dedit concordia, per quam pater de suo dotem constituit in scutis 12. mill. remanente quoque ad favorem filiae dicto legato, cuius solum ususfructum pater vivens habere deberet, soluta etiam quadam summa in causam fructuum, seu usurarum dotalium.

Resolutiones mihi pro patre scribenti, reflectendo ad solam veritatem, placuerunt, arque probabiles viſe sunt, circa punctum paternae obligationis in genere dotandi filiam non indigne eo inſcio, vel invito nubentem; verum circa non impurificationem bonorum proprietatum, ac etiam circa taxam tam in forte quam in usuris à die matrimonii, pro tempore, quo dos nec petita, nec decreta erat, & quod magis juxta taxam rigorosam statuti, non placuerint.

Hinc proinde, pro hujusmodi veritatis notitia, quætionem istam distinguebam in tres inspectiones; Primo scilicet super dicta obligatione patris in genere dotandi filiam absque ejus consensu nubentem, una cum ejusdem obligationis moderatione, ut intelligi debet in subsidium. Secundo super taxa; & tertio super fructibus, seu usuris, de prima agitur in presenti disc, de secunda in sequenti, & de tertia in altero post sequentem.

Quatenus igitur pertinet ad primam, licet in stricta iuris ratione, ejusque principiis attentis, omnino probabilius videtur, nulli fundamento in taxam esse hujusmodi patrem obligacionem dotandi filiam ipso inſcio, vel invito nubentem, attamen, quia moderna caterya Scribentium, praesertim vero Canonistarum, & Moralem, dilatando forte præter intentionem, Canones, & Concilium Trident. contrarium firmat, arque hanc opinionem plures Rota recepit, idcirco in hac parte resolutiones prædictæ non improbabiles viſe sunt, super dicta obligatione scilicet in genere.

Conclusionem etenim prædictam, de paterna obligatione dotandi filiam non indigne nubentem absque ejus licentia vel consensu, firmavit Ripa in l. 1. n. 57. ff. solut. matrim. qui afferit ita cum Bart. omnes sentire, Abb. in c. Ecclesia S. Marie n. 20. de const. & ceteri relati per Menoch. lib. 4. pres. mpt. 189. n. 60. ubi quod haec opinio procedit sine dubitatione de jure canonico, Fotanell. de part. claus. 5. gloss. 1. p. 1. n. 85. Sanch. de matrim. lib. 4. c. 26. n. 1. & seq. Gurtier. op. tract. c. 80. n. 13. Bosi. op. tract. c. 1. n. 191. & seq. & in tract. de dote. c. 4. n. 119. & seq. Barz. dec. 29. Rota apud Merlin. dec. 456. n. 7. & ceteri, de quibus in dictis hujus cause decisionibus.

Eam concorditer assignando rationem, quod filia tali causa potius utile negotium pro patre gerere dicuntur, istam scilicet relevando ab eo onere, quo premebatur, dignè filiam in matrimonium collocandi; quodque ista utendo ea licentia, quam sibi jus canonicum concessit, suum jus exercere, neque exinde alicui poena subiecta esse debet, unde pragmaticè loquendo, ab ista opinione videtur in foro non esse recedendum.

Verum pro parte scribens dicebam, quod his non obstantibus, cuique etiam regulariter admisit, adhuc super tali conclusione ratiocinandum esset, ac inquirendum ex facti circumstantiis, an id procedeat ex pura, & absoluta dispositione juris canonici ita præcipientis (quo casu de ulteriori ratione querendum non esset, ad text. in l. non omnium, ff. de legib.) vel potius procederet ex intentione Doctorum, ob jam dictam rationem, quod ita filia actum utilē pro parte potius cessisse dicatur, ad effectum scilicet congrue applicandi dictam regulam generaliter, & in abstracto veram ad concretum singulorum casuum, ob quorum diversas circumstantias diversimode in uno ac altero casu sepius judicandum venit.

Ac etiam ad alium effectum dignoscendi veritatem, vel fallaciam supra insinuate limitationis, ut scilicet, posita etiam dicta regula super paterna obligatione, ea tamen intelligatur in subsidium, & quatenus filia non sit aliud provisa; recipere ad effectum taxæ, de qua in secunda inspectione disc. seq. An scilicet iste actus nubendi, quamvis non indigne dicatur necne ita male gestus, quod aliquam doris alias de congruo debite diminutionem postuleret, arque dictam paternam obligationem minuat.

Pro dignoscendo igitur, quod nostri majores in hac materia dotti, sumendo argumentum à validitate matrimonii, seu à poena exhortationis, aequivoçaverint, sive quod omnino intelligendi sint cum temperamento justæ cause, de qua infra, quodque non solum de jure civili, sed etiam de jure canonico, & Conciliaribus decretis hujusmodi paterna obligatione ita intellecta vere nullam habeat fundamentum, obser. Vabam in proposito filia nubentis viro digno, patre inſcio

vel invito, tres cadere quætiones; unam super validitate, vel invaliditate matrimonii, quod ob defectum paterni consensus, plerique invalidum reputant, de quibus Pontius de matr. lib. 2. c. 1. s. 1. & 2. Barb. in l. 1. ff. solut. matrim. p. 4. Thes. jun. lib. 1. q. 70. Borell. in summa dec. tom. 3. tit. 1. de matr. num. 275. & seq. Merlin. d. dec. 475. n. 9. cum seq. Alteram super exhortatione, quam ex dicta causa incurrit, plenè discurrit Barbaro. in d. l. 1. part. 4. ex n. 31. & agunt alios referentes Fontanell. de part. claus. 4. gloss. 2. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 1. q. 6. & tertiam nostram, super obligatione scilicet de jure alias incumbente patri dotaidi filiam de ejus consensu nubere voluntem, an locum habeat, ubi eo inſcio, vel invito nubet.

Primam quætionem sustulit Sacrum Concil. Trident. sess. 24. de matrim. in c. 1. ideoque non remaneat amplius disputandi locus, etiam in iis partibus, in quibus pretendatur Concilium prædictum, ut potè non receperit, pon obligare in ratione authoritativa legis quoniam cunctiam antea illius editionem, in hujusmodi satis disputatione, ex mente Canonum probabilius esset opinio matrimonii validitatis favorabilis, ut bene probat Bellarm. de matrim. c. 19. & 20. Hinc proinde satis attendenda est dicta Conciliaris determinatio, si non tanquam lex, faltem tanquam doctrina magistralis; si enim authoritas alicujus Collegii, vel Académie, longe major est illa simplicis Doctoris; multò magis pro magna, & magistrali authoritate attendenda est determinatio tot insignium Theologorum, & Canonistarum in eo cōtu congregatorum pro constituto economico Concilio generali ad fidei controversias decidendas.

Verum neque Concilium prædictum, neque antiqui canones, vel Sanctorum Patrum traditiones, ex quibus ante dictam determinationem desumebatur hæc opinio matrimonii validitati favorabilis, aliquid statuunt circa dotem, seu paternam obligationem cessantem necne ex cessante paterno consensu, cum hæc omnipotendam regulam recipiat à iure civili, neque canones, vel concilia in hoc se ingessisse videantur: licet enim dos non detur sine matrimonio, à quo non men & esseptiam recipit, itaut eo non contracto numquam sit vera dos, sed solum destinata, coque solum etiam dos constituta de sinat esse talis, nihilominus è converso, matrimonium recte datur sine dote, que non est ad essentiam matrimonii, ad text. in l. iubemus, C. de repud. & l. ex his, C. de don. ius. vir. & uxor. cum Concord. per Fontanell. de part. claus. 5. gloss. 1. p. 1. n. 14. Arias de Mesa lib. 2. var. cap. 40. num. 4. apud quos habetur Concilium Arelatense registratum in canone nullum 30. q. 1. vel nunquam usu receptum, vel contrario usu abolitum esse, sive id intelligendum spectato communi usu de facto, quod scilicet possunt quidem, sed non solent contrahi matrimonia sine dote, ut advertunt Mantic. de tacit. lib. 1. 2. tit. 3. n. 5. Buratt. & Adden. dec. 844. n. 10. & 16. ubi cetero & latius infra, disc. 148.

Quicquid adeo rationes neglexerunt super hæc dotandi obligatione aliquid statueret, quod ex eorum intentione plurimum septentia est, eam tam in matrimonio carnali quam in spirituali esse illicitam, ac simoniaca speciem continxere, ut liquet ex deductis per Cyriac. contr. 504. num. 16. cum seq. Tamburin. de jur. Abber. ff. disp. 5. quesito 13. num. 28. cum seq. Licet enim hæc opinio non sit usu recepta, ex ea convincenti ratione quod dos non prestatur pro assecutione matrimonii carnalis, vel spiritualis tanquam pro sacramento, vel statu spirituali, sed in compensationem alimentorum, & onerum temporalium, quibus maritus, vel respective Monasterium se subjiciunt, ut per Cyriac. & Tambur. ubi supra, & habetur in Arimin. hoc tit. disc. 1. 1. & d. disc. 142. Attamen id in proposito est satis considerabile, ad effectum clarissim dignoscendi, nullam ex dispositione juris canonici resultare dotandi obligationem diversam ab ea, quam jus civile prescripsit, excepta illa dote, que loco alimentorum spuriis danda est, neque ea quæ percurunt validitatem, vel libertatem matrimonii, influere ad materiam dotis, ut male plerique hos terminos cum aliis confundendopinari sunt.

Si etenim obligatio dotandi dependentiam haberet à libertate, seu validitate matrimonii, sequeretur quod cum matrimonium ante annum 25. cum indigno contractum sit validum, idcirco deberet etiam tali casu adesse paterna obligatio dotandi filiam quamvis indigne nubentem, quod afferunt aliqui Morales, praesertim vero modernus Bossius d. tract. de dote cap. 4. n. 132. & tamen contrarium omnino verius est, ac receptum etiam per Rotam, excepta illa mere subsidiaria dote, que praestanda sit loco alimentorum ad præcisos limites necessitatis nature, non autem moralitatis, & congruentia, ut apud Buratt. dec. 498. quæ est in materia magi-

magistralis, ubi concordantes, & occasione exhaeredationis, agens etiam de dote, Merlin. *de legit. lib. 4. tit. 1. q. 6. n. 15.* Igitur ab ista questione percutiente ipsum matrimonium, male infertur ad dotem, & qui id agunt, laborant de aequivoce claro, ac de terminorum confusione, quia verè unum cum altero non connectit.

12 De secunda questione exhaeredationis resultantis neçnè à dignis, vel non indignis nuptiis ob defectum paterni consensus, variant etiam inter se DD. ut liquet ex docte ac plenè deductis per Barbos. *in l. 1. part. 4. solut. matrim.* ubi de juri bus municipalibus Lusitanæ, & Galliarum ita disponentibus, cum aliis per Merlin. *de legit. lib. 4. tit. 2. quest. 6.* sed patiter id non influit ad materiam dotis, unde propteræ male ab uno casu ad alterum infertur quoniam legitima videtur filii debita de jure naturæ, ideoque exhaeredatio plura infert gravissima præjudicia irreparabilia, privando scilicet eo jure quod ab ipsa natura delatum esse videretur, ac etiam irrogando quandam infamiae speciem, dum ita supponitur crimen positivum ingratitudinis, ac poena formalis refutans à matrimonio, cuius libertas ita impedita videretur: istæ autem considerationes cessant in dote; tum quia hec, juxta veram, ac receptam sententiam, non provenit à jure naturæ, sed à merito jure positivo, ut infra disc. 143. neque ex lege justitiae, cessante præcisa necessitate alimentorum, ad eam pater obligatur ut infra, tum etiam quia hoc non est gravamen perpetuum irreparabile, sicuti est exhaeredatio, sed solum temporaneum, dum filiæ ita 14 non indignè nubent, salvum jus remaneat paternæ successionis in legitima; hinc providè valet argumentum ab exhaeredatione ad dotem, hoc est, potest exhaeredari, ergo & potest dos denegari, sed non è converso à dote ad exhaeredationem, quia longè diversa est ratio, ut advertunt Barbos. *in d. l. 1. part. 4.* & cæteri per Bossium, *de dote d. cap. 4. num. 230.*

Quare nullam habent connexionem dictæ precedentes 15 questiones cum tertia in præsentí disputatione cadente super paterna scilicet obligatione dotandi filiam eo inscio, vel invito nubentem, in qua proindè nil peculiare statutum habemus de jure Canonico, sed solum procedendum est cum jure civili, cuius dispositione attenta, certum est paternum consensum adeo requisitum esse, ut etiam aptum sit ad infringendum matrimonium, *§. masculi, instit. de nupt. in l. sponsalib. ff. de spons. lib. 2. ff. de rite nupt.* Merlin. *d. dec. 457. n. 9.* Multò magis ad tollendam dictam obligationem dotandi, quæ tali casu cessat, ut cæteris allegatis advertunt Vasquez *de success. creat. lib. 1. §. 10. n. 6. 10.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 16. n. 6.* Barbos. *d. l. 1. p. 4. n. 33.* Menoch. *d. pr. sumpt. 189. n. 54. lib. 4.* Thes. jun. *d. 9. 70. n. 4.* Borell. *in summa dec. tit. 1. de matrim. lib. 3. n. 283. cum seq.*

Cessante autem utriusque juris dispositione, aliud non 16 subest fundamentum, cui innaturus dicta obligatio dotandi filiam, non indignè patre inscio, vel invito nubentem, nisi illud jam dictæ rationis, quam omnes in id adducunt, quod ita scilicet laudabilem potius, ac patri utilem actum gessisse dicitur filia, se collocando viro digno, arque ita liberando patrem à tali sibi incumbente obligatione; cum enim dujlex sit paterna obligatio, una maritandi, & altera dotandi, idcirco per unius implementum non debet cessare altera, quia obligatus præstare duo, non liberatur à præstando unum, cum præstare deber utrumque.

Igitur eadem conclusio recipienda est ad limites dictæ rationis, cui unicè innixa est, & quatenus ea urgeat, & non alias, & sic ubi justa concurrit causa, quæ filiam ita nubentem excusat, quodque pater se, nec offendit, nec injuriatum justè dicere possit, sed potius actus utilis, & laudabilis censeri debeat; ut puta pater est diu absens, seu judicii non bene compos, aut male morigeratus, sive vitam scandalosam, ac alias puellæ honestati præjudiciale dicit, sive quod ob avaritiam, vel sordidam negligi filiam jam excedentem ætatem de more regionis nuptiis congruam colligere, vel quod viro parum digno, seu inæquali collocate tentaverit cum similibus; & tunc si filia dignè sine tali patris consensu nubat, utique laudabilem actum gerere dicitur, talique casu, lege paternum consensum supplente, generaliter, & indefinitè perit eam dotem, quam sibi, licet diviti, ac abundè provisæ, lex civilis decernit, perindè ac si nuptiæ de paterno consensu sequitur forent, atque in hoc sensu bene loquuntur Faccchin. *lib. 3. controv. c. 45.* & Bonac. cum quo pertransit Bossius *de matrim. c. 11. n. 143.* & *de dote. c. 4. num. 123.* cum quorum autoritate processit Rota in duobus ultimis supra enunciatis decisionibus coram Verospio, & Ottalora, quia tunc recte procedit dicta ratio utilis negotii pro patre

Card. de Luca, Lib. VI.

gesti, latius expedita in ultima decisione 12. Februarii 1666. coram Ottalora.

Irrationabile siquidem esset, ut pueræ ex actu prudenter, ac laudabiliter gesta, penas huere deberet, ac amissionis ejus, quod alias lex ei decernit; è converso autem culpofus, vel negligens patet, sua culpe, vel negligentia commodum, & utilitatem reportaret, unde propteræ consensus per legem civilem requisitus, ita subintelligendus venit, perinde ac si coconcerret, tanquam ab eadem lege, vel iudice suppletus, arque hic est casus dictæ decisionis 457. Merlin. in qua Rota in ista causa nimium se fundavit; quoniam patre negligente nuptui dignis tradere filias ætatem 25. annorum jam excedentes, unde impunè etiam se proficiere, vel indignè nubere potuerint, illæ cum consilio, & ope proximorum, judicis etiam officio implorato, viros dignos, & eorum conditioni congruos invenerunt, & sic actum, prudentem, & laudabilem gesserunt.

Idemque, cessante etiam culpa patris, vel alia juxta excusatione ut supra, recipiendum esset, ubi puella opportunitam curasset amplecti occasionem, prudenter, ac verisimiliter à patre potius desiderandam: & querendam, itaut de imprudentia, vel malignitate pater redarguendus esset, si de consensu requisitus illum denegasset, ut pura ob dignitatem, vel aliam meliorem viri qualitatem, quia consensus de jure præstandus, & quem irrationaliter esset denegari, habendus est pro præstato, tanquam à lege, vel iudice suppletus, *c. nullus de jure patr.* Bart. & cæteri plenè per Mantic. *dec. 138. n. 9.* & est assumptrum satis frequenter practicatum in foro.

E converso autem, justa causa cessante, tunc etiam iidem Canonista, ac Morales, qui ex zelo libertatis matrimonii 19 hujusmodi. ita nubentes nimiam tueri student, fatentur, quod licet actus de stricto jure sit validus, attamen dicendum veniat culpofus, ac parvum honestus, utpote mali exempli, ac Reipublicæ præjudicialis, dicentes, in hoc sensu capiendas esse SS. Patrum traditiones ac Apostolica decreta pro dubitandi ratione enunciata apud Merlin. *d. dec. 457. n. 5.* & 11. Adeout plerique sentiant, lethalis culpa puellam ita nubentem ream offici, Barbos. *in d. l. 1. part. 4. Thes. jun. d. lib. 2. q. forens. 80. n. 4. n. 8.* Fontanell. *de paet. claus. 4. gloss. 2. n. 4. cum seqq.* & n. 78. & seqq. ideoque nulla; neque legalis, neque humana ratio exigere videretur, ut pater innocens ac offensus duplarem injuriam pati, seu injuria penas huere debeat, filia vero ex actu culpolo, & in honesto, lucrum, & commodum etiam in excessu reportare.

Proindeque aut filia ita nubens est dives, seu aliundè congrue provisa, & tunc nullam actionem adversus patrem habebit, vel saltem solam subscriptiæ pro supplemento ejus, quod ipsius bonis computatis deficeret, juxta dictam limitationem in primis hujus cause duabus decisionibus canonizatam, omninem veram, & recipiendam, ex originali traditione Covarr. *de spons. c. 3. §. 8. u. 8. in fin. Guttier. de matrim. 80. n. 13. vers. secunda conclusio.* Sanch. *lib. 4. disput. 26. num. 18.* Forstan. *c. 1. gl. 1. p. 1. n. 87.* qui omnes moventur à ratione naturali, non autem à particularibus legibus Hispanæ, ut dicit 3. *dec. 3. Junii 1665.* coram Verospio.

Si vero non haber aliunde, tunc cum etiam nubenti indignè, ex quadam commiseratione concedatur jus implorandi iudicis officium pro dote loco alimentorum ad necessitatem naturæ, ex firmatis apud Buratt. *dict. dec. 498.* hinc proindè, ut aliqua differentia dignoscatur inter dignè, & indignè nubentem, recipienda videretur pro regula dictam generalis conclusio initio tradita de paterna obligatione congrue dotandi juxta terminos convenientia, non autem solius necessitatis naturæ.

Adhuc tamen, cum aliqua moderatione ejus, quod alias eidem filiæ de paterno consensu nubenti de congruo constitendum esset, ut aliqua, ut dictum est dignoscatur differentia inter culposam, & non culposam, & ne culpa sit omnino ab aliqua punitione immunis, saltem ratione mali exempli aded Reipublicæ præjudicialis, regulando dictam moderationem prudentis iudicis arbitrio, juxta majorem, vel minorem culparum, seu magis, vel minus excusabilem actum, ut advertit Fontanell. *claus. 4. gloss. 2. num. 27. in fine,* spectata etiam conditione viri, an sit dives, vel pauper, ita ut, tanquam culpe particeps de pena etiam participare debeat.

Sed quod ita parum laudabiliter nubendo, actionem habere debeat contra patrem ad congruam ditem, quamvis ipsa sit dives ac aliundè provisa, id meus intellectus non capit, non solum ob authoritatem Covarr. ac aliorum gravium authorum, de quibus supra, sed etiam ob omnino

deficientem, quinimò expresse repugnantem rationem, tam naturalem, quam legalem.

Siquidem de jure naturæ, seu ex debito iustitiae, quemadmodum pater non tenetur alicet filium nisi in subsidium, & quatenus ipse non habeat aliquid, ita non tenetur filia divitiæ tradere dotem loco alimentorum subrogaram, ut idem Boff. de dote, cap. 4. num. 24.

22 Lex etenim positiva canonica super hoc nihil statuit, unde paterna obligatio de donanda filia etiam divite, & aliunde provisa, plene comprobata in hujus causæ decisionibus præfertim ultima coram Ottalora provenit solum à dispositione juris civilis in l. fin. C. de doris promiss. ita communiter intellecti, non ex aliqua ratione, sed quia ita legi, seu verius nostris majoribus legem interpretantibus placuit, ut pleniū advertitur infra, disc. 142. igitur est purum privilegium legis civilis, quo uti volens implere debet illam conditionem, seu qualitatem paterni consensus, cum qua eadem lex illud concedere voluit, neque ejusdem legis dispositio dividi potest, separando conditionem, seu causam, sub qua, & non alias ea emanavit.

Alia etiam viva ratione ponderata, quod isto casu filia non agit de damno virando, neque de consulendo alimentorum necessitatibus, ob quam dici posset matrimonii libertati præjudicium inferri, sed solum agit de majori ditatione ac lucro, quæ concedenda non sunt delinquentibus, & injuriabitibus, adversus offensum, & injuriatum, qualis est patre ita spretus, & consequenter non videtur subesse ratio probabili, quæ id suadere valeat, ideoque observabam, in dicta distinctione justæ, vel injustæ cause consistere genuinam veritatem, atque cum ea recte conciliari authoritates, quæ invicem pugnare videntur, quoniam omnes recte dici possunt vera diccretive in suis casibus, juxta unam, vel alteram distinctionis partem.

23 Ad effectum autem congrue applicationis dictæ distinctionis, & quando dicatur adesse necne juxta causa pueram nubentem excusans, ponderabam quoque, non bene per aliquos ex nostris adhiberi duos tantum terminos dignarum, & indignarum nuptiarum, quasi quod cessante indignitate, resulteret quod nuptias dicendæ sint dignæ, ut intret dotandi obligatio pura, & non subsidiaria, sed tres esse species, scilicet indignarum, non indignarum, & dignarum; stant enim bene simul, virum non esse indignum, & talem, quod nuptias neque indignæ, neque omnino inæguales dici possint, & tamen non esse ita dignum, quod patre iuste non possit se dicere spretum ac injuriatum, quodque non adaptetur dicta ratio actus utiliter pro patre gesti, sed quod potius actus censi debat parum honestus, mali exempli, ac Reipublicæ perniciosus, ut supra; nam alias iste casus nunquam daretur, dum in casu nuptiarum indignarum cessat omnis obligatio.

24 Ut enim liquet ex deductis per Menoch. lib. 4. presumpt. 186. num. 85, cum seqq. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 26. ex n. 22. Fontanell. de pact. cl. 5. gloss. 1. ex n. 91. cum aliis plenius infra dicto disc. 142. satis variant scribentes super hac indignitate, & quis in proposito dicatur vir indignus; aliqui enim credunt eum talem dici, qui aliqua infamia nota laborat, secus autem si, licet pauper, ac inæqualis, attamen est in suo genere honestus, cum id potius inæqualitatem, quam indignitatem importet; alii vero alias indignitatis species enumerando, ad eas se restringunt; & alii putant indignas dici nuptias, quies ob aliquod canonicum impedimentum inter contrahentes validum matrimonium sequi non potest; omnes autem istæ opiniones sunt parum tutæ, cum verior ac recepta opinio sit, illum dici indignum, cui attentis progenie, divitiis, more regionis, aliquique circumstantiis, mulier absque parentum ac parentelæ dedecore, & aliqua injuria copulari non potest, quamvis vir esset alias in suo genere nobilis, dignus, & qualificatus, ob longè meliorem conditionem mulieris ejusque parentelæ, sive in ratione nobilitatis, sive in ratione divitiarum, &c. Sanch. Menoch, & Fontanell. loc. cit. Boff. de matr. cap. 11. n. 167. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 1. q. 6. n. 19. Marcian. jun. disp. 77. n. 17. & seqq. Rot. decis. 493. n. 45. cum seq par. 4. recent. tom. 3. & d. disc. 142.

Et nihilominus, etiam si dictum requisitum dedecoris ac injuriae positivæ non resulteret, ita ut nuptias indigne dici non possint, resulterebit tamen, dici solum nuptias dignas comparativæ ac positivæ indignas, ac pro exclusione penali indignitatis, non autem quod ita dignæ dici debeant, ut actus remaneat honestus, & laudabilis, ut potè rem utiliter pro patre gestam continens, atque in hoc versatur clarum equivocum aliquorum.

Ut putâ, dicunt leguleici, extollentes dignitatem docto-²⁵ ratus, quod doctor licet plebejos habeat natales, efficitur ramen ita nobilis, quod ei dignè quilibet Comitissa copulari potest, ita ut ista suscipiendo Doctorem in virum, non dicatur indignè nubere, ex deductis per Paschal. de patr. po- test. par. 2. cap. 5. num. 68. & 69. & alios. Et tamen si unica filia divitis, & qualificati Comitis ordinis equestris, vel magnatitius, que Ducem, vel alium Magnatem in virum con- grue habere debet, inscio, vel invito patre nubat simplici Doctori, aliam nobilitate non habenti nisi illam resultan- tem à doctoratu, de qua sub tit. de præminentibus, disc. 35. nescio, an inveniatur stultus, qui dicat eam laudabiliter ac honestè egisse, atque rem patrī utilem gessisse, cum id intelligatur, quando ita dignè nubit, quod à patre potius de- siderari, ac procurari debuerit, ita ut ipsius dispensus sit po- tius imprudens, ac irrationabilis ut supra; & sic non ex eo quod viri dici non potest indignus, ergo sequitur eum con- sensum esse ita dignum, quod intret dicta ratio negotii uti- liter, & benè gesti,

Applicando igitur omnem dictam theoriam ad hanc facti speciem, excusari non poterat hæc puella ex patris ne- gligentia in eam non collocando in ætate congrua, dum ad- huc in tenera erat ætate; minùsque quod eam patr̄ minus dignè collocare tentasset, dum altis Magnatum nuptiis de- stinaverat, atque tractatus jam iniiciari erant; prout eadem dicere non poterat utilem, ac laudabilem rem gessisse viro digno nubendo, quoniam licet vir esset nobilis, ac in suo ge- pere dignissimus, ipsi etiam puellæ aliquo sanguinis gradu conjunctus, ita ut quando circa bona fortunæ aliasque cir- cumstantias, æqualis vel parum inæqualis fuisset eorum conditio, partes dicti possent; atq[ue] id operari poterat, ut dicenda quoque non esset nuptia viro indigno, non autem omnipotentiæ equali, vel majori, addebet rem utilem, & honestam fecerit, cum ad hunc effectum requiratur magna dignitas excedens conditionem mulieris, ita ut sit res verisimiliter à patre desiderabilis ut supra; nam alias etiam nuptiæ æquales spredo patre iniçæ confinere dicuntur istius injuriam, ac actum parum honestum, virginali pudori indecorum ac Reipublicæ præjudiciale, ut potè mali exempli, multò ma- gis hanc inæqualitatem resultante faltem à bonis fortunæ, juxta d. dec. 493. par. 4. recent. tom. 2. ubi inæqualitas pro- veniebat solum à bonis, & statu accidentali fortune.

Unde propterea ex his, ac etiam ex aliquibus aliis cir- cumstantiis credebam, refleßendo ad solam veritatem pro- babilem quidem resolutionem circa paternam obliga- tionem dotandi juxta rationem congruentia: Non tamen omnino probabile in ea parte, in qua recedendo à limita- tione in duabus primis decisionibus firmata, admittitur hæc obligatio etiam citra subsidium, non habita ratione bonorum, que per puellam possidebaptur,

Potissimum quia dicta bona proveniebant à Cardinali pa- truo, quem licet ex inadvertentia non exprimentem titu- lum dotis, sati probabile videbatur, dictum legatum fecisse intuitu fratris magis dilecti, atque ad facilitandum matrimo- nium magis qualificatum, per quod sphaera nobilium priva- torum excederetur, atque de hoc habebantur etiam aliquæ probations, ad forum tamen non deductæ.

Juxta dictam distinctionem, atque ad ejus effectum, hujus controversiæ occasione, observabam verum esse, quod sati considerabilis esset excessus ætatis, quæ de more regionis puellarum nuptiis congrua est, ita ut excessus prædictus indecorus reputetur, excusandi scilicet filiam sine patris con- sensu non indigne nubentem, non autem ad alium effec- tum, ut post dictam ætatem, quamvis illa 25. annorum non excederetur, impunè licetum sit etiam indignè nubere, quasi quod ob abbreviatam horum ætatem, illa 25. annorum ita diminuta esset per consuetudinem, quæ dicitur altera lex, legisque vigorem habet, ut dicunt Bald. Novell. de dote par. 6. prævileg. 16. vers. sed quid si filia, num. 6. Gulielm. de Bene- dict. cap. Raymuni, verbo dote, n. 34. Franch. in apostill. ad consuetud. in omnibus Paschal. de patr. potest par. 2. c. 5. n. 64. Giurb. ad consuetud. gloss. 3. n. 39. & seqq. Boff. de matrim. cap. 11. n. 199. & dote, c. 4. n. 109. Ad istum enim secundum effec- tum iste est error manifestus, omni juris ac rationis funda- mento destitutus, ut habetur deductum infra, disc. 142. ubi de hoc puncto habetur formiter actum.

S U M M A R I U M.

1. An patr̄ teneatur dotare filiam ipso inscio, vel in- viro nubentem.

2. An teneatur suppeditare alimenta filio ducenti uxo- rem indoratam sine ejus consensu,

ANNOT.

ANNOT. AD DISC. I.

Habuit ista causa finem per concordiam, neque alia sequuta est occasio disperandi punctum in hoc i. disc. contentum, an pater teneatur dotare filiam ipso inscio, vel invito nubentem; perfisso autem in eodem sensu, quod restitutions, nimium aspera videantur innixa cuidam leguleico prorsus, irrationali, ac Reipublicæ prejudiciali rigori, potissimum, ubi filia sit jam sufficienter aliunde provisa.

A simili autem, an pater teneatur suppeditare alimenta filio nubenti sine dore, & sine consensu patris, agitur infra in hoc tit. disc. 169.

EADEM INTER EASDEM PARTES.

De congruae dotis taxa generaliter facienda, & quomodo specialiter in casu filiae, inscio, vel in vitro patre non indignè nubentis.

SUMMARIUM.

- 1 **A**n dos per patrem viventem filie prestanda, regulari debet juxta qualitatem legitime.
- 2 **D**e circumstantiis, ex quibus per indicem taxanda est dos congrua.
- 3 **Q**uod mulieris potius quam viri conditio attendi debet, & num. 12.
- 4 **A**n taxa alias congrua minui debet ob defectum paterni consensus, & num. 7.
- 5 **D**e legibus Gallie, & Lusitania parentibus filiam sine paterno consensu nubentem.
- 6 **D**e earumdem legum validitate, & in quo differant à jure civili.
- 7 **D**e conclusione, de qua num. 4.
- 8 **M**uliere nubente extero ad cuius patriam accedat, cuius patria mores in dotis taxatione attendi debent.
- 9 **U**xor sequitur conditionem viri tam circa patriam quam circa qualitatem, & alia.
- 10 **D**e aliis rationibus, ob quas viri conditio, & patria attendi debent.
- 11 **M**ajor, vel minor taxa respicere potius videretur interesse viri.
- 12 **D**eclaratur propositio, de qua num. 3.

DISC. II.

In disputationibus, ut in precedenti, habitis super hac secunda inspectione circa taxam congruae dotis per patrem constituendæ filiae eo invito, vel inscio nupœ, cum postquam Rota fecit ultimam taxam scutor. 12. mill. filia non acquiesceret, sed prætenderet, quod cum esset unica filia patris possidentis scuta ferè 100. mill. dotis taxa facienda esset ad limites legitimæ, qua minor esse non debebat, ad quod probandum pro ea Sribentes cumulabant quamplures authoritates penè omnes desumptas ex Mantic. de rac. lib. 12. tit. 22. & seq. specialiter autem tanquam punctualem exagerabant illam Alex. conf. 7. lib. 2. ubi de filia quæ nupserat sine consensu patris, & conf. 83. lib. 4. quæ aliquam impressionem faciebat.

Verum omnino fallacem dicebam hujusmodi propositionem, quoniam non datur legitima viventis, unde receptissimum est quod in dote de paragio per patrem viventem constituenda, non intrat regula, seu quantitas legitimæ, sed solum inspicitur an tunc dos esset de paragio, quod talem quatitatem excedere etiam potest, potissimum attenta incertitudine augmenti, vel diminutionis bonorum paternorum de tempore mortis, quod in legitima est attendendum, ut post antiquiores ab eis allegatos bene Apont. conf. 65. lib. 1. Merlin. de leg. lib. 3. sit. 1. q. 12. n. 6. cum seq. & n. 10. Rot. dec. 195. p. 2. rec. n. 3. de Marin. & Reverter. dec. 1. & 52. & latius infra, disc. 143.

Contraire autem authoritates firmantes, dotem de paragio esse quidem posse ultra legitimam, quatenus haec ad illud non sufficiat, non autem minus, quodque iniquum videatur filiam à paterna successione exclusam, minus legitimam assequi debere, procedunt, ubi illa per Statutum extranea effecta non est, itaut dos succedat loco legitimæ, arque agatur de dote constituenda post mortem patris per fratres, vel alios agnatos illam ex Statuto à successione excludentes, ut Apont. d. conf. 65. & alii apud de Marin. ubi supra, arque in his terminis loquitur Alex. loc. cit. ac etiam loquuntur ceteri deducti per Mantic. ubi supra, qui istam questionem tractat, undè merito istud fundamentum semper neglectum fuit per Rotam.

Card. de Luca, Lib. VI.

Processum autem fuit in hujusmodi taxa cum regulis generalibus adhiberi solitis, ut scilicet dos congrua, seu de paragio taxanda sit pro judicis prudentis arbitrio, inspectis facultatibus, natalibus, numero filiorum, more generali regionis, seu Civitatis, ac usu particulari familiae, & majorum puellæ, ex deducitis per Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 21. Menoch. de arbitri. casu 149. Thes. dec. 192. Duran. dec. 26. latè in Romana rescissionis transactiomis 16. Jun. 1651. cor. Corrado, apud Salgad. in labyrinth. decif. 27. Romana dotis de Lancellottis 14. Junii 1655. Zarata, & in aliis deductis in hujus cause decisionibus; & propterea cum constaret, puellæ majores consimiles filiabus, vel sororibus constitueret, seu ab eorum uxoribus accepisse, arque esset summa, attentis paternis facultatibus, & moribus Civitatis congrua, eam attendendam esse visum fuit, non curata diversa qualitate viri, ob quam minor dos constituenda veniret, quoniam non viri, sed mulieris conditio attendi debet, procedendo cum autoritate Rota apud Rojas dec. 117. n. 26. alias dec. 245. par. 8. recent. n. 31. & sequent. & in Bonon. de Monterentiis 6. Mart. 1665. coram Taja.

Et quamvis in prima decisione dictum esset, taxam alias congruam, diminutionem pati debere ob dictam circumstantiam deficientis paterni consensus, autoritate glof. marginalis in cap. fin. 32. quest. 2. nihilominus in sequentibus disputationibus admissa fuit responsio data per Sribentes in contrarium, quod scilicet nulla habenda esset ratio de dicta glof. marginali, utpote Caroli Molinei; tum ob omnia ejus opera generaliter prohibita, itaut author damnata memoriae runcupetur; tum clarus quia ipse loquitur juxta leges, seu mores Gallie, quibus attentis, filia quamvis dignè nubens inscio, vel invito patre, dorem petere non potest, in & exheredari potest, ex iis quæ habentur apud Barbos. in l. 1. ff. solus. matrim. part. 4. Ideoque aliud petere non potest nisi eam dorem subsidiariam, quæ datur nubentibus etiam indignè pro necessariis alimentis juxta necessitatem nature, non autem congruentia, juxta dec. 198. Buratt. n. 6. Mastrill. dec. 163. n. 22. itaut in ea regione, deficiente paterno consensu, nulla dignoscatur differentia inter dignas, vel indignas nuptias ira exequatas, & quarum legum validitatem latè tueri conatur Barbos. loc. cit. apud quem concordantes.

Obiter autem, absque tamè maturo veritatis examine, observabam de his legibus satis posse dubitari, quoties nubens non est dives ac aliundè provisa, cum tunc privatio dotis alias debitæ juxta necessitatem congruentia aduersari videatur matrimonii libertati, cui tamen non repugnant leges punientes indignè nubentem, quamvis matrimonium indefinitè sit validum, sive fit dignum, sive indignum.

Ut enī non semel habetur in sua materia sub tit. de matrimonio, praesertim in una Avenionen ac etiam in Bonon. cor. de Guidortis sub tit. de fideicommissu. disc. 44. tunc libertas matrimonialis laeti dicitur, quando generaliter ac indefinite, legis, vel hominis præceptum prohibet matrimonium sine alicujus consensu faciendum; secus autem ubi, non per viam poenæ amissionis bonorum propriorum, seu alias jam quæsitorum, sed per viam privationis juriū in bonis alienis competentium, idem præceptum restrictum est ad certum genus, vel ad certum tempus, seu certam rationem, ut ibi, & hic est casus, quia prohibitio juris communis restricta est ad viros indignos, unde remanet universum genus virorum coequalium, ac superioris, & inferioris conditionis, ita tamen quod indigni dici non valeant, cum quibus matrimonii libertas exerceri potest; atque ubi nubens est dives aliunde provisa, tunc denegare dorem, non est irrogare poenam ac privationem, sed est denegare exuberans lucrum, ad quod rectè adjici potest conditio etiam restrictiva, utpote invitativa ad lucrum, non autem irrogativa poenæ, seu privationis; & cum hac distinctione rectè procedunt authoritates in hujus cause secunda & tercia decif. coram Veropio allegata super invaliditate hujusmodi legum municipalium.

Quidquid autem sit de his ita obiter insinuat, atque admittingendo quod revera de dictæ glossæ marginalis authoritate nulla habenda esset ratio, adhuc tamen, reflectendo post sopitam litem ad veritatem, ultimæ resolutiones in hac parte non placebant, neque intellectus in earum obsequium captivari potuit: posito enim, quod in hujusmodi taxa cum dicta regula procedendum esset, illa praesertim consuetudinis Civitatis, & familie, itaut huic puellæ, licet, ac honestè cum paterno consensu nubenti, talis summa congrua esset; adhuc tamen omnino verum ac probabile videbatur primæ decisionis assumptum, quod cessante

A 3 justa

Iusta causa, quæ paternum consensum suppleret, filiamque sive illo nubentem excusaret, cum tunc actus remaneret parum honestus, atque Reipublicæ perniciosus, idcirco id operari debeat aliquam dotis alias congruæ moderationem; non quidem ex autoritate dictæ glossæ marginalis, cui solum dicta prima decisio inniti profitetur, sed ex ea viya ratione, ut aliqua dignoscatur differentia inter filiam culposam ita parum honeste nubentem, ac eam, quæ sub paterna obedientia honeste, ac licite cumdem actum gerit, ut bene observat Fontanell. claus. 4. gloss. 2. num. 27. in fine, regulando moderationem majorem, vel minorem, juxta maiorem, vel minorem culpam, aliasque facti circumstantias, prudentis judicis arbitrio popderandas, ut disc. precedenti;

Et quemadmodum ubi filia ante annum 25. indignè nubet, ob gravem injuriam patri illatam, exhaeredari mereatur, atque amittit jus petendi dorem, excepta illa mere subsidiaria pro alimentis necessariis juxta necessitatem naturæ, ut in precedenti, ita ubi injuria non est adeo gravis, quia non indignè nupsisset, sed adhuc adest injuria, & offensa facta patri, tunc non videtur quæ ratio exigat, istam injuriam minorem, proportionabiliter, & respectivè, non debere in aliquo puniri, sed omnino impunitam permanere, nulla constituta differentia inter culposam, & non culposam, ac licite honestèque agentem, ac eam, quæ illicitè, & parum honeste agit, quod ipsi discursui, vel rationi naturali, ac usui communii repugnare videatur.

Minusque placuit altera resolutionis pars faciendi hanc taxam juxta mores Urbis, & consuetudinem aliarum puerorum hujus, vel consimilium familiarum in eadem Urbe nubentium stante facti præsupposito, sufficienter ex parte patris justificato, quod in patria viri, tam attenta consuetudine generali privatorum nobilium illius sphæræ, quam etiam consuetudine particulari ejus domus suorumque majorum, in dotibus acceptis, & respectivè datis, congruitas circumferetur in summa scut. 6. mill. Hoc enim præsupposito retento dicebam, aliud ad summum prætendi non posse, nisi constitui dorem de paragio, hoc est viris paribus in ea Civitate constitui solitam, non autem prædictum esse cum usu Urbis.

Ad id probandum plura deducebam fundamenta, illud præsertim ex recepta juris propositione, quod mulier in omnibus viri conditionem sequitur, ideoque plebea copulata viro nobili istius radiis coruscat, atque nobilis efficitur, & è converso nobilis nupta viro plebeo, in ordine populorum ac pleborum potius, quam in ordine nobilium reputanda est, Tiraquell. de nobil. c. 18. Menoch. de arbitr. casu 68. Vivius decis. 245. Fab. de Ann. cons. 108. Cavall. dec. 6. Prout mulier transire dicitur in civitatem viri, ejusque patriæ domicilia efficitur, Thes. decis. 123. Cyriac. controv. 273. & 291. & seqq. Rovit. dec. 75. Atque in materia dotis, & lucrorum statuta; & leges patriæ viri, non autem mulieris attendi debent, ut in Romana dotis de Anguillaria hoc tit. disc. 128, ubi de decisionibus in causa editis.

Si ergo assumit qualitatem viri, atque patriæ istius civis, & domiciliaria efficitur, ibique vixit, hinc sequitur, quod non ipsius mulieris patriæ originariz mores attendi debent, sed illius patriæ, quam ipsa se copulando viro forensi sibi elegere, & constitue voluit; eo modo, quo habemus de illis puellis, quæ in saeculo dignè nubentes habere deberent dorem scut. 100. mill. quia si eligunt vitam monasticam, congruam, & de paragio dicitur illa dos, quæ solita est dari Monasterio, quod ipsa sibi elegit, quamvis neque dictæ summae centesimali partem constitueret; nam sufficit eam esse congruæ, ac de paragio dotaram in eo statu, quem ipsa sibi elegit, ut infra. d. disc. 143. Prout apud Buratt. decis. 498. mulieri nobili nuptæ pedestri famulo data fuit illa dos, quæ viri conditioni congrua esset.

Item dos datur propter onera matrimonii, ad quorum limites ac propositionem consuetudo induxit eam taxandi, & ex qua ratione taxa est varia juxta locorum consuetudinem, quia nempè in uno loco, ob virtualium abundantiam, vel modestiorem vivendi usum, sunt minores expensæ, quam in alio, ubi vel ob virtualium, aliarumque rerum carius premium, vel ob majorem luxum ac splendidiorem vivendi usum, expensæ sint longè majores; & ideo cum conjuges viverent in patria viri, ubi inter nobiles pri-vatos istius sphæræ non sunt tales expensæ, quales in Urbe, hinc proinde non videbatur subesse congrua ratio, cur Urbis, & non dicti alterius loci, in quo matrimonii onera supportanda erant, consuetudo attendi deberet.

Ad quod clare comprobandum dabam exemplum pra-

eticum, de quo in Romana dotis de Lancellotis 14. Junii 1655. coram Zarara, ubi de duabus sororibus Romanis paris nobilitatis, & patriæ, quibus quæ constituenda erat dos subsidiaria ex his fideicommissariis in vim Auth. res que, C. commun. de legat. itaut non intrarent termini voluntarie gratificationis, & ramen uni sorori nuptæ extra Urbem in parya Civitate constituta fuit dos scutorum 6. mil. alteri vero nuptæ in Urbe illa scut. 14. mill. quoniam ita proportionabiliter, ac respectivè utraque erat congrua. Præterea idem est dos congrua, ac dos de paragio, quo barbaro termino desumpto (forte ex Constitutionibus Regni) utitur etiam Rota apud Cavaller. dec. 298. n. 5. ubi explicatur, quod sit idem ac dorate juxta pares, cum igitur alii viri pares, ac aliae mulieres pares, & de eadem sphæra, seu ordine non habeant in ea Civitate nisi dorem non excedentem scuta 6. mill. hinc proinde non agnoscebam, quæ legis, vel humana ratio unquam suadere posset, ut in congresu plurium virorum, & implerum istius sphæra, seu ordinis, illi qui licite, ac honeste nupserunt cum parentum consensu, esse deberent adeo longè inferioris ordinis, quam illi qui ita parum honeste, ac laudabiliter se gesserunt:

Potissimum quia major, vel minor taxæ in effectu non redundabat in utilitatem mulieris, sed potius viri, qui alias non inveniens in propria patria cum modis consuetis uxorem paris nobilitatis, nisi cum dote scutorum 5. mill. vel 6. mill. ita in aliena patria non sine aliqua culpa majori dorem sibi paraverit, quo nil absurdij,

Ipsius etenim mulieris nil interesse videtur, taxam esse majorem, vel minorem, quoniam aut matrimonium longam habet durationem, itaut eo constante sequatur mors patris, & ei salvum remanet jus successionis saltem in legitima, quies favor agnationis ex Statuto Urbis 141. aliud non exigat, & interim dicitur provisa, ut potè doçata de congruo juxta conditionem viri, & qualitatem loci, in quo vivit, aut matrimonium brevi dissolvitur, patre adhuc vivente, & cum salvum pariter remanet jus petendi pro aliis nuptiis, quas in Urbe contrahere vellit, novam dorem congruam loco, in quo ob status mutationem vivere deberet, ideoque semper ita potius videtur irrationalis impinguatio viri culposi, qui innocentissimus tantam dorem non obtinuerit, cum de cetero etiamsi minor esset taxa, ejus obligatio supportandi onera matrimonii, neque cessare, neque minui deberet.

Authoritates vero, cum quibus in posterioribus decisionibus processum fuit super spectanda qualitate mulieris potius, quam viri, ad effectum præsentis controversiaz, id verè non probant, carmine applicatio extranea videtur; in decisione siquidem 245. part. 8. recent. alias i 17. n. 26. aquid Rolas, agitur de casu converso, ubi scilicet mulier, ut virum superioris ordinis ac dignorem ducat, evertendo fideicommissum, constitutat dorem excedentem ipsius conditionem, quia nubere debet pari, & hoc est, quod dicit Fusar. consil. 117. num. 6. cum quo simpliciter dicta decisio pertransit in sola ratione motivandi, dictaque decisio postea revocata fuit, ut liquet ex dec. 199. post Merlin. de legit. Idemque de nubendo æquali, latius habetur firmatum in Romana rescissionis transactionis 29. Maii 1648. & 16. Jun. 1651. cor. Corrad. post Salgad. in Labyr. dec. 24. & 27. Sed hoc nil commune cum terminis nostris, neque eadem est ratio, sed potius opposita.

Decisio autem in Bonon. de Monterentius coram Taja est in casu suo satis probabilis, cum indignæ, vel inæquales nuptiaz provenerint, non ex culpa, & electione ipsarum mulierum, sed ex culpa, malisque moribus patris, qui minores innocentibus filias ita male collocavit, vel in eo malo statu constituit, ex iis, quæ habentur in eadem causa Bononien. de Monterentius hoc cod. tit. disc. 39.

ANNOT. ADDISC. II

*R*epetendo idem quod dictum est supra, disc. præc. circa resolutionum improbabilitatem in contineti etiam in hoc discrusu, & in sequenti super casu particulari. Quatenus pertinet ad taxam, videantur latius deducta in hac materia taxas infra hoc cod. tit. disc. 144. & in hoc tit. disc. 188, 171. & 172.

EADEM INTER EASDEM PARTES.

An pro dote ex intervallo per judicem constituta filiaz sine patris consensu nubenti debeantur usuras dotales ab initio contracti matrimonii, vel solum à die petitionis, & ad quam rationem.

SUM

S I M M A R I U M.

- 1 **T**Axa statutaria Urbis super usuras dotalibus, an locum habeat in matrimonio extra Urbem.
- 2 **A**d quam rationem taxentur usurae dotaes in Civitate Neapolis, & plerisque locis.
- 3 **S**taturum Urbis defere usuras dotis promise.
- 4 **D**e tribus aliis requisitis copulativè necessariis ad usuras dotaes.
- 5 **A**ccessiones non dantur sine debito principali.
- 6 **Q**uandoque expedit filia eam non esse dotaram.
- 7 **D**e ratione, ob quam viro debentur usurae de doce promise, & non aliis.
- 8 **D**ucens uxorem indotaram tenetur eam alere de suo.
- 9 **D**e casu, in quo ob incertitudinem dotis usura non debentur remittuntur.
- 10 **D**e decif. 457. Merlin. & aliis autoritatibus deferritibus usuras dotis non confituntur.

D I S C . III.

IN hujus causie decisionibus 18. Junii 1663. 2. Majii 1664. & 4. Junii 1665. coram Vero spio, non curata taxarum varietate per ipsam Rotam habita, indefinitè dictum fuit usuras dotaes per patrem deberi à die contracti matrimonii juxta taxam statutariam septem cum dimidio; in ultima vero 12. Februarii 1666. coram Ottalora reformatæ fuerunt dictæ decisiones, decernendo usuras ab initio usque ad tempus obtentæ derogationis Sixtine pro sola summa scnt. 3500. per eamdem Sixtinam prescripta, istaque disputatio duas habuit partes, unam super dictatum usurarum debito in genere, an scilicet deberentur ab initio, vel solim à die, quo doce constituta, vel saltem petita fuit, & alteram super earundem usurarum quantitate, & an locus esset necne taxa statutaræ Urbis.

Super hac secunda potissimum infistebant aliqui ex Scriptoribus pro patre, ex eadem ratione occasione taxæ ponderata disc. preced. quod scilicet cum hujusmodi usurae juxta dispositionem text. in cap. salubriter, de usurae viro debentur in restaurationem onerum matrimonialium, attendi debet locus, ubi onera supportata sunt, maximè quia Statutum inductum est favore civium, & incolarum Urbis in ea supportantium hujusmodi onera, quæ ex more regionis gravia videntur, ideoque non retorquendum contra civem ad favorem exteri in propriapatria viventis, ex iis, quæ in proposito taxæ dotium per Constitutionem Sixtinam non procedentem ad favorem exterorum contra cives habetur, dec. 160. & 172. p. 8. recent. & non sensu est deductum hoc rit.

Ego autem pro eodem patre scribens, inanem credebam 3 laborem super hoc immorari, dum in patria viri taxa est solum uniformis; fructus enim, seu usuras dotaes ibi deberi ad septem, vel octo pro centenario, dicit Gramat. dec. 103. n. 101. Et generaliter ibi interesse non taxari ad minorem rationem, quam septem pro centenario habetur apud Capyc. Latr. dec. 175. man. 36. Merlin. lib. 2. contr. 16. & insinuat sub tit. de feudi. disc. 108. Potissimum quia circa eamdem taxam circumferuntur solum omnia statuta, & consuetudines per Italiam, ut de Regno Sicilia ad septem, Amat. resol. 43. man. 8. & 99. in Civitate Ancone ad octo, Gratian. disc. 766. man. 14. Ascoli ad septem cum dimidio 471. p. 1. rec. Ravenna ad septem Greg. dec. 93. Perusii ad septem, vel octo, Gillian. ad statut. verbo dotis fructus, cum similibus, quæ exquiri posset, ac habetur insinuata infra ad materiam usurarum dotalium, disc. 159. Et generaliter de taxatione ad octo, quinque ad decem, Corn. conf. 251. n. 7. lib. 2. Thesaur. dec. 45. n. 3. Cyriac. contr. 30. n. 20. cum seqq. Magon. dec. Florent. 83. n. 3. & alii, ideoque nullius, vel satis modice operacionis hac inspectio videbatur.

Constanter tamen, etiam cum sensu veritatis, credebam 3 à tempore contracti matrimonii, usque ad illud saltem petitum dotis, nullas usuras hujusmodi debitas esse, neque in hoc decisiones desuper editæ adducere videntur fundamentum quod meum intellectum captivare potuerit; si enim spectamus ipsum Statutum Urbis hujusmodi usuras deferens, illud literaliter agit de doce promise, & sic presupponit promissionem, qua celsante, casus recte dici potest à statuto omisus.

De jure autem, licet ad hujusmodi usuras obtinendas non requirantur formalis mora, aliaque requisita regulariter pro usuris crediti pecuniarii necessaria, quoniam ipsa matrimonii onera stant loco hujusmodi requisitorum; ac etiam quia iste revera non sunt lucrosæ accessiones in po-

nam more, sed potius important restaurationem danni per virum passi in supplicatione onerum; nihilominus presupponitur agi de doce jam promissa, seu constituta, ut liquet ex Surd. de alim. lib. 1. q. 42. n. fin. & latius per Castill. 8. tom. contr. c. 50. n. 6. apud quos, & alios apud eos, tria copulativè ponderantur pro hujusmodi usurarum curfu, nempe matrimonium, supplicatione onerum, & dotis promissio, seu constitutio.

Impossibile siquidem est dari accidentia sine substantia, 5 vel accessorum sine principali, & sic usuras absque sorte, quod ita contingere, quoniam matrimonium dari potest sine doce, neque ex eo quod initum est matrimonium, ergo censetur ipso jure dos constituta; potissimum quia pater justè credere potuit, conjuges non esse dotem petituros, quia sic eis magis expediret, vel ut ita parrem obdormitarent ad non disponendum, ad effectum ut sequeretur casus mortis ab intestato, seu reconciliationis, ut prudentius actum esset, vel 6 quia in Urbe ex Statuto 141. filia feminina contenta esse debet dote per patrem constituta, neque aliud pretendere potest ratione legitime, vel supplementi, quoties ille disponit ad favorem agnationis; hinc filia expeditas se non esse dotatas, ut statuto locus non fieret, & de alio casu, in quo ob successionem feudorum, filia non expediatur, se esse dotaram habetur in Neapolitana, seu, &c. sub tit. de feudi, disc. 14.

Eatenus enim viro debentur ipso jure, & ex mora irregulari hujusmodi usurae dotaes, quatenus ita ab initio declaraverit animum in se non accollandi onera matrimonialia de proprio supportanda, sed correspiciens ad sibi constitutam dotem, ex cuius fructibus reintegrari debeat, sed ubi voluntariè atque contra communem usum, parumque landabili ter mulierem indotaram duxit, tunc ipse tenetur de proprio ad supplicationem onerum, ex deductis per Fonte pell. de pell. claus. 6. gloss. 2. p. 3. n. 13. ubi concordantes.

Igitur proprium debitum expletivit, neque subesse videtur ratio, ob quam pater justè credens se non esse dotis debitorum, proindeque bona fide consumens omnes suorum bonorum fructus, & redditus, teneri debeat pro hoc tempore ad hujusmodi rigorosas ac exorbitantes usuras, à quibus se illi cōdexamisset, si scivisset se dotis debitorum, capiendo pecunias ad censum ad ratione quartuor pro centenario, & minus, ut prompte, & cum nimia facilitate potuisset; neque Scribentes in contrarium adducebant rationem, que captivaret intellectum, si enim in casu longè minoris incertitudinis, pater ab hujusmodi usurae excusatus fuit per Rotam apud Per. dec. 522. & 532. juxta Lugdunen. impressionem, cum aliis infra in Biceren. disc. 115. multò magis in præsenti.

Decisiones desuper editæ magnum constituent fundamentum in decif. Merlin. 457. ubi decretæ sunt usurae contra patrem ad favorem filiarum sine ejus consensu subentium ab initio, verum dictæ decisionis in suo casu vere omnino cessabat applicatio, ibi enim agitur de parte culposo non curante filias collocare infra etatem 35. annorum, ut supra disc. 1. & fortius agitur de doce ab initio cum judicis auctoritate constituta, unde viri recte dicere poterant se nonuisse ducere uxores indotaras, neque assimere in se, & de proprio onera matrimonii absque relevazione, & sic casus est omnino diversus, ac penitus innapplicabilis, ut ex lectura ad oculum.

Constitutum etiam fuit fundamentum in decisione Status Cataloniæ relata per Fontanell. de pell. claus. 7. gloss. 2. p. 6. n. 7. Verum ultra quod de illa idem Author conqueritur, allegando in contrarium Papon. conf. 91. & Cost. de portione rate, q. 208. dicebam quod pro iudicando, an illa decisio sit justa necne, opus esset notitiam habere de tota facti serie, omnibusque illius casus circumstantiis, ex quibus forte illa resolutio aliquod probabile habere potuit fundamentum, intrante etiam vulgari axiomate, quod exemplis non est iudicandum, atque potissimum dura videbatur taxa dictarum usurarum juxta rigorosam dispositionem statutarium contra patrem non habentem in bonis nisi casalia, & stabilia vix fructuaria tria pro centenario, quod videbatur continere aliquam exorbitantiam, dum potuisset requisitus ad donationem occurtere solvendo pecuniam quam habebat, vel non habendo, invenire promptam potuisset ad moderatum impensis ut supra.

ANNOT. AD DISC. III.

DE materia fructuum dotalium, tam circa eorum debitum in genere, quam circa quantitatem, agitur infra disc. 111. ad 125. & disc. 161. ac etiam in hoc tit. disc. 187. & 196. cum seqq. ad disc. 204.